

gella que ex nostris iniquitatibus perfidum, cum lacrymis gratias agamus? Sit itaque gloria Omnipotenti Domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat cum Patre, in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula seculorum. Amen. »

Hucusque S. Gregorius pene ad verbum.

Hic ergo ipse ob clades Longobardorum, et

imminet ab eis Roma obsidionem ingens, manu de tabula tult, ac calamum et linguam stit.

Aliam magis particularem, magisque distinctam et distributam singulari templi partium explicationem afferam ea Lyrae in fine capituli

xliii.

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Cap. praecep. Angelus dimensus fuit atrium interius et exteriorius, nunc ingressus templum, illud dimisit; porta Sanctum, vers. 1, et Sanctum sanctorum, vers. 3 et 4, mox vers. 5 et seq. thalamos, id est cubicula templo adhaerentia, eorumque cochleam, plateam, oratorium, ethicus, limina et fenestras dimelitur. Denique vers. 18, docet templo inscriptus fuisse Cherubim et palmas; ac, vers. 22, altare incense, et templi ostia describitur. **Mystica** in hisce omniatis templi ornamentis Ecclesiam ordinem, pueri christianum, hierarchiam, et Sacraenta delineat et depingit. Temporalis Graci vocant viri, atrium sive vestibulum porticos, quasi dies, ante templum. Ita Vitruvius, lib. III, cap. 1.

Porro hic pars est caligo, et obscuritas eadem, qua fuit cap. praecedenti. Unde S. Hieronymus initio cap. xlii: Volueram, at, desperatione, et magnitudine rei praesens testimoniorum silentio præterire, sed melius arbitratus sum, quodcumque dicere, quam omnino nihil dicere: Socraticum illud assumens: « Scio quod nescio. » Pars enim scientia est scire quod nescis. **Idem ibidem in proposito:** Quamobrem tibi filia Eustochium, que nostra, qualiacumque fuerint, libenter accipis, contest. « Volo, et illud rhetoris Victorini breviter admoneo, ut obscuritatem voluminum tribus ex rebus ait, scias: vel rei magnitudine, vel doctoris imperitia, vel audiens duritia: quorum primum et secundum liquido in hœ opere confitebor: tertium, acumen ingenii tui, et desiderium Scripturarum facile renuit: quo privilegio virginali, et virtus continentia, non dicam frequenter, sed jugem hospitem possides Deum.

1. Et introxit mo in templum, et mensus est frontes, sex cubitos latitudinis hinc, et sex cubitos inde, latitudinem tabernaculi. 2. Et latitudo porte, decem cubitorum erat: et latera porte, quinque cubitus hinc, et quinque cubitus inde: et mensus est longitudinem ejus quadragesita cubitorum, et latitudinem viginti cubitorum. 3. Et introgressus intrinsecus mensus est in fronte porte duos cubitos: et portam, sex cubitorum: et latitudinem portæ, septem cubitorum. 4. Et mensus est longitudinem ejus viginti cubitorum, et latitudinem ejus viginti cubitorum, ante faciem templi; et dixit ad me: Hoc est Sanctum sanctorum. 5. Et mensus est parietem domus sex cubitorum: et latitudinem lateris quatuor cubitorum undique, per circuitum domus. 6. Latera autem, latus ad latus, his trigesita tria: et erant eminentia, quæ ingredierentur per parietem domus, in lateribus per circuitum, ut continenter, et non attinigerent parietem templi. 7. Et platea erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, et in conaculum templi deferebat per gyrum: idcirco latius erat templum in superioribus: et sic de inferioribus ascendebatur ad superiora in medium. 8. Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio: 9. et latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum: et erat interior domus in lateribus domus. 10. Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus undique, 11. et ostium lateris ad orationem: ostium unum ad viam Aquilonis, et ostium unum ad viam Australis: et latitudinem loci ad orationem, quinque cubitorum in circuitu. 12. Et ædificium, quoniam erat separatum, versusque ad viam respiciendum ad mare, latitudinis septuaginta cu-

bitorum, paries autem ædificii, quinque cubitorum latitudinis per circuitum: et longitudine ejus nonaginta cubitorum. 13. Et mensus est dominus longitudinem, centum cubitorum: et quod separatum erat ædificium, et parietes ejus, longitudinis centum cubitorum. 14. Latitudo autem ante faciem domus, et ejus quod erat separatum contra Orientem, centum cubitorum. 15. Et mensus est longitudinem ædificii contra faciem ejus, quod erat separatum ad dorsum: ethicas ex utraque parte centum cubitorum: et templum interius, et vestibula atrii. 16. Limina et fenestras obliquas, et ethicas in circuitu per tres partes, contra uniuscujusque limen, stratumque ligno per gyrum in circuitu: terra autem usque ad fenestras, et fenestrae clausæ super ostia. 17. Et usque ad dominum interiorem, et forinsecus per omnem parietem in circuitu intrinsecus, et forinsecus, ad mensuram. 18. Et fabrefacta cherubim et palmas: et palma inter cherubim et cherubim, duasque facies habebat cherub. 19. Faciem horum juxta palmarum ex hac parte, et faciem leonis juxta palmarum ex alia parte, expressam per omnem dominum in circuitu. 20. De terra usque ad superiora portæ, cherubim et palmae celatae erant in pariete templi. 21. Limen quadrangulum, et facies sanctæ in aspectus contra aspectum. 22. Altaris lignei trium cubitorum altitudine: et longitudine ejus, centrum cubitorum: et anguis ejus, et longitudine ejus et parietes ejus lignei. Et locutus est ad me: Haec est mensa coram Domino. 23. Et duo ostia erant in templo, et in sanctuario. 24. Et in duobus ostiis ex utraque parte bina erant ostiola, que in se invicem plicabantur: bina enim ostia erant ex utraque parte ostiorum. 25. Et celata erant in ipsis ostiis templi cherubim, et sculptura palmarum, sicut in parietibus quoque expressæ erant: quoniamque et grossiora erant ligna in vestibuli fronte forinsecus. 26. Super quæ fenestra obliqua, et similitudo palmarum bina atque inde in humerulis vestibili, secundum latera domus, latitudinemque parietum.

Symbolice veteres triplicem depinxerunt mundum: **primum**, sublunarem, quatuor elementis et mixtis constantem, in quo terra, quasi centrum et basis, iunum tenet locum, et que hominum et animalium habitaculum; **secundum**, coelestem, qui constat septem orbibus planetarum, firmamento, ecclœ crystallino, et primo mobilis; **tertium**, supramundanum, angelicum et intellectuum, qui est mentis beatum domicilium, ubi semiplero ævo et gloria dei fruuntur.

Bos tres mundos adumbravit tabernaculum Mosis, et templum Salomonis et Ezechielis. Nam sublunare representavit atrium, in quo degabant homines laici, viri et feminæ cuiusvis status et gradus, pii et impii. Coelestem representavit Sanctum: cancelebrum enim septicopus representabat septem planetas. Supramundanum representavit Sanctum sanctorum, in quo erant area et propitiatorium, quasi thronus dei, cum Cherubim. Ita enim hoc explicat S. Paulus Hebr. ix, 41 et seq.

Pari modo templum hoc adumbravit triplices homines, sive triplicem Ecclesiam statum. Nam atrium representavit plebem christianam; Sanctum, viros perfectos; Sanctum sanctorum, Beatos regnantes cum Deo in celis. Vide dicta Ezod. cap. xxv et xxxvi.

Porro hebreice haec tres templi partes ita vocantur: **prima בְּנֵי יִתְּמָר**, id est vestibulum, porticus, atrium; **secunda לְהַלְלָה**, id est templum, sive basilica; **tertia בְּרִכָּה**, id est ora-

mentum: ex propitiatorio enim Deus dabit oracula.

1. ET INTRODUXIT ME (ex atrio) IN TEMPLUM, — puto in priorem partem templi, que basilica, aula et Sanctum dicebatur, quod augusta sequitur, quod anterior, quod dei cultui destinata, quod pulcherrima, quod dei presidii et beneficiorum foret illustris.

ET MENSUS EST FRONTES SEX CURTIOS. — Per friones Maldonatus accepit cubitella, que extrinsecus templo adhaerebant: Haec, nagiit, discutunt friones, quia tres erant longitudines; quarum secunda extra primam, terlia extra secundam eminebat. Habebant autem sex cubitos latitudinis hinc, et sex cubitos latitudinis inde, id est tam en que erant ex una parte, quam ea que erant ex altera parte sacrari sive templi, que eadem erat latitudo tabernaculi. Cum autem dieci sex cubitos latitudinis habuisse, de supremo tecto sive tabulato intelligendum est. Nam inferne 4 cubitos habebant, ut indicat vers. 5. Eminebat autem secunda contiguous extra primam cubito uno, et terlia extra secundam cubito altero.

Melius Vialpando per friones accepit postes portæ templi: hi enim hebreice vocantur בְּנֵי יִתְּמָר elim a robore, ethos vocavit friones cap. v, 10, 14. Symmachus verit, in circuitu, significans eosdem postes, qui portam in circuitu, ex utraque parte muniebant. Quocum recte R. Salomon posse hosce definit latitudinem crassitie parietis templi, qui erat inter templum et vestibulum.

Tanta enim fuit muri interioris domus erassitudo, quanta et omnium murorum templi, scilicet carami unius, id est sex cubitorum. Sensus ergo est, q. d. Mensus est Angelus utrumque portae postem, dextrum, et uniuscujusque latitudinem ab Oriente ad Occidentem, sex cubitorum. « Latitudinem tabernaculi, » hebraice ḥāl, id est tabernaculum, sive extensum aut expansum, vocat per catachesin superliminare parte templi, quod cum planum esset, et extensa certime persimile, obumbrabat ac protegebat januam desuper, ut sensus sit, postes singulos superliminare sustinentes latitudine fuisse cubiti unius, quanta minima erat superliminaris despicer extensi latitudine, et parietis Sanctum a vestibulo dividentis erassitudo, ait Vilalpando.

Porro postes et columnae, tum decoris, tum roboris causa suas habebant parastases, id est adpactas pilas, sive semicolumnas.

2. LATITUDINE PORTE, DECIM CUBITORUM ERAT, — q. d. Linere porta templi latum erat cubitos decim, quam latum fuerat olim Moses tabernaculum. Taet parte altitudinem, quam ex epistolis atrii libratione fuisse virginis cubitorum, dupla scilicet proportione ad alias portas, coniunct Vi-

lalpando.

Et LATERA PORTE QUINTUS CUBITUS HINC, ET QUINTUS CUBITS INDE. — Pro latera hebraice est חַמְרֵת, id est humeri, et, ut Septuaginta, ἡμέρα. Ita vocantur partes illae parietis a lateribus porta reliqui; quod siquum humeri pectus, ita ipsa portam utrinque manunt; unde latice vocantur latera porta, quod ex utroque parte lateri relinquantur. Latitudo ergo templi erat 20 cubitorum, et latitudo porte 12, unde remanent latera eius hinc et inde 5 et 5 cubitorum: aperturam enim porta inter haec latera in medio Sancti.

Porro haec latera parte anteriora fuisse constata, quod ibidem mensus est Sancti latitudinem ac latitudinem, ut mox audierimus, inquit Vilalpando.

Et MENSUS EST LONGITUDINEM EJUS QUADRAGINTA CUBITORUM, ET LATITUDINEM VIGINTI CUBITORUM. — « Eius, » non porre, ut vult S. Hieronymus, sed tempili, puta Sancti. Ita Maldonatus, Vilalpando et alii, q. d. Sancti latitudinem mensus est cubitus 40, latitudinem 20, quanta a Salomonem observata fuit: dupla nimis latitudinis longitudine, que maxime a Vitruvio, lib. VI, cap. v, aliisque praeis architectis probatur. Sic enim dicitur III Reg. vi, 2 et 3: « Domus autem, quam edificabat rex Salomon Dominus, habebat sexaginta cubitos in longitudine, et viginti cubitos in latitudine, et triginta cubitos in altitudine: dominus, » scilicet tota, « habebat sexaginta cubitos in longitudine; » que Sanctum sanctorum habebat 20, Sanctum 50, quae duo juncta faciunt 60.

Porro latitudo tam Sancti quam Sancti sanctorum erat eadem, scilicet 20 cubitorum, ut et altitudo 30. Ita 20 cubiti latitudinis Sancti ita collin-

guntur: porta Sancti erat 10 cubitorum, latus sinistrum 5, dextrum 5; jungs haec omnia, habebis 20 cubitos, que erat Sancti, sive Sanctuarie latitudo.

3. ET INTROGRESSUS INTRINSECUS, MENSUS EST IN FRONTE PORTE DUOS CUBITOS. — « Intrinsecus, » id est in interiorum partem templi, puta in Sanctum sanctorum. Haec enim portam hic, ipsummet vero vers. seq. dimitetur. Frontem vocal posse portae, hic enim hebraice vocatur ḥāl el, ut dixi vers. 1. Duo ergo erant postes porta, hinc et inde, quorum quique latus erat duos cubitos.

Hinc R. Salomon, Lyranus et Maldonatus,

per frontem portae accipiunt crassitatem portae, sive

muri et parietis, atque hanc fuisse diuorum cubitorum.

Certum enim est murum interiectum

fuisse, et divisisse Sanctum a Sancto sanctorum:

in muro autem erat porta haec, que ex Sancto

Iacob Pontifice in Sanctum sanctorum.

ET PORTAM (Sancti sanctorum), SEX CUBITORUM ET LATITUDINEM PORTE, SEPTEN CUBITORUM. — « Latitudinem, » vel, ut hebraice est, *humeros*, vocat latera porta, sive spatia utrinque a porta ad murum interjectum, ut dixi vers. 4 et 2. Sensus est ergo, q. d. Due erant latera porta, puta duospatia jam dicta, scilicet unum a porta usque ad murum meridianum, alterum usque ad aquilonarem, unumquodque eorum habebat septem cubitos longitudinis. Tota enim latitudo Sanctuarie erat 20 cubitorum, ut dixit vers. 2. Duo latera habebant singula septenos cubitos, id est universi 14, porta sex. Addo sex ad 14, habebis 20 cubitos latitudinis Sanctuarie, et Sancti sanctorum. Ita Theodorus, Maldonatus et Vilalpando.

4. ET MENSUS EST LONGITUDINEM EJUS (Sancti sanctorum, sive oraculi, ut sequitur) VIGINTI CUBITORUM, ET LATITUDINEM EJUS VIGINTI CUBITORUM, ANTE FACIEM TEMPLI. — Erat ergo Sanctum sanctorum quadratum: latitudo enim eius aequalis erat longitudini, cum Sanctum esset quadrangulum. Dupla enim erat eius longitudine ad latitudinem; erat enim longum cubitus 40, latum 20. Pererat ergo nonnulli codices Septuaginta, pro viginti hie legunt quadrangula. Porro in hisce cubitis includitur crassitas muri interiecti inter Sanctum et Sanctum sanctorum. Tota enim longitudine Sanctuarie erat 60 cubitorum, ex quibus 40 habebat Sanctum, reliquos 20 Sanctum sanctorum. Ergo crassitas muri hinc cubitus includitur; aliquid enim Sanctuarium longum fuisse, non 60, sed 62 cubiti. Ita Vilalpando, qui cap. xi docet oraculum hoc, sive Sanctum sanctorum, in media area atrii interioris, sive atrii sacerdotum, constitutum fuisse.

ANTE FACIEM TEMPLI, — id est, versus Sanctuarium. Declaratrum quin vocaverit latitudinem Sancti sanctorum. Cum enim quadratum fuerit, non videatur latitudinem a longitudine distinctam habuisse: dicit ergo se latitudinem appellare eam partem, que versus Sanctuarium, sive Sanctum

erat; non quod proprie esset latitudo Sancti sanctorum distincta ab eius longitudine, sed quod en esset latitudo templi et Sancti. Ita Maldonatus

HOC EST SANCTUM SANCTORUM. — Hinc patet Angelum hic ad litteram vetus Salomonis templum, puta Sanctum, et Sanctum sanctorum dimicari, ut illius adinsar Judei Babylonie redeuerat novum edifici. Versum hunc paraphrasita ita reddit Vilalpando: Et mensus est oraculi latitudinem viginti cubitorum, ejusque longitudinem viginti cubitorum: cuius altitudo quoque (usque ad fornacem; nam cum fornicis 30, mo 40, ut dicitur II Paral. iii, 4, era cubitorum) viginti cubitorum fuit. Et dixit mihi: Hoc est Sanctum sanctorum, quod domus interior dicitur et arietum, quasi abs introitu (ab a littorali privativa, et hoc est ingredi, q. d. Penetrale sine ingressu, id est inaccessum), et domus anima, in qua una Israeli spes firma quiescat. Dicitur et oraculum, sive responsum, aut locutiorum Dei: ac tandem Sanctum sanctorum, hoc est, locus sumolissimus, sonorius a communi et vulgari, eo quod supremum celum referat, ubi Christi sumni sacerdotis oblatio fit.

5. ET MENSUS EST PARIENTE DOMUS SEX CUBITORUM, q. d. Mensus est erassitudinem parientis templi sex cubitos. Cum enim vestibuli altitudo esset 120 cubitorum, reliqua vero dominus 90, postulabatur certa domus celstido parientem in imo erassitudinem.

Et LATITUDINEM LATERIS QUATUOR CUBITORUM. — Latera sive costas vocat anterides, sive antas, vel pilas, que sunt quasi appendices murorum, et quasi tufa (vulgo pilastri vocantur) et muro extant ipsi adherentes, et ipsam fulcientes, quarum singulis singularis atriorum positibus latitudine respondentib, ac sita.

Secundo, quia cubicula hebraice vocantur תְּבִלָּה, id est latera, quia laterala erant templo. Tertio, quia talia cubicula templi Salomonis annexa fuisse tum ad decorum, tum ad robur et firmatatem, tum ad usum, ut scilicet in iis reponeretur supelix templi, utque essent quasi oracula annexa templo, patet ex III Reg. vi, 5, et dicitur ex Josepho, VIII Antiq. ii, et lib. VI Belli, cap. vi. Ita Ribera, lib. I De Templo, cap. xiv, ubi ex Josepho ostendit haec cubicula fuisse pervia, atque inferioris templi altitudinem sequasse, id est in 60 cubitos surrexisse. Porro si latus ad latas, partim significat continuationem cubiculorum, ita ut invicem fuerint collateralia, et aliis in adverso latera contraposita: ut explicit Ribera; partim subordinationem, quod scilicet alia aliis fuerint subordinata, et quasi inferiora superioribus, opposita, immo supposita, et ex aequo respondentia. Hoc accedit Chalcidus et R. Salomon, qui sic explicant: Tabulata erant aliud supra aliud 33 undena per ordinem. Cum enim quatuor essent laterala Sanctuarie, ad latus orientale non erant cubicula, quia ibi erat porta: singula vero tria alia latera undena habebant cubicula: itaque cuncta erant 33. Nota: haec cubicula, atque tempore admodum, erant diversa ab exordiis, sive cubiculis sacerdotum, que erant in atrio. Ita Ribera, lib. I De Templo, cap. xiv et xv.

Tertio, R. David et ejus sequaces peaminis vertunt pedes, sensuque dant, q. d. Cubicula erant aliud supra aliud 33 pedibus in altum.

Quarto, Vilalpando pariter peaminis, vertens pedes, sic verit et explicat, q. d. Latera, id est anterides binae sibi invicem respondentes, a paucis domus projectabant pedes 33. Verum hoc recte refellit Maldonatus, ex eo quod Ezechiel nusquam pedibus, sed cubitis semper fabricauit hanc meitur.

Quinta, Maldonatus sic vertit et explicat: *Thalamus supra thalamum tres et triginta vicibus*, id est tres erant thalami (id est cubicula,) alias supra alium, idque 30 vicibus; itaque erant 90 thalami. Verum hec omnia uti a nostro Interpretate, ita et a se invicem discedunt et evariant: quisque enim hic quasi in tenebris crevus palpat et conjectat. Ergo versioni nostra, quam probavit Ecclesia standum est, ut firmo et solidu prodiugia dicatur. Secunda ergo interpretatione est germana.

ET ERANT ELEMENTA, QUA INGREDERENTUR PER PARIENTES DOVES. — q. d. Cum fabricaretur murus templi, reliqua sunt in eo prominentia, que canes ab architectis vocantur, super quas transversae trabes cellarum, sive cubiculorum muro templi adhererentur, ut iis incumbarent, et sustinerentur; quo fiebat ut cubicula non horrent muris templi, id est non esset temere pro iis capere partem muri, aut perforare, ut continere possent trabes, quas non debeat templi parietem contingere, nequem illi insistere. Ita Chaldeus, qui verit: *Capita trahim requiescant supra illud quod eminebat, neque trabes penetrabent per parientes domus*. Unde que hic vocantur *eminentia*, III Reg. vi, 5, vocantur *trabs*; quia eminabant ex parte ad sustentandas trabes transversas imponendas, ideoque hebrei dicuntur *migrath*, id est deficiente, quia non erant integra trabes, sed capita: et a Septuaginta vocantur *stercera*, quia recedebant a parte foras prouidentes: Chaldeus et alii *projectores* vocant. Ita Ribera, lib. I De Templo, cap. xiv, Vilapando et ali.

7. ET PLATEA ERAIT IN ROTUNDUM ASCENDENS SURSUM PER COCHELEAM. — *Plateam* vocat laitudinem rotundum cochleam. Unde hebrei est, *databat sese (thalamus) ac circubat*, q. d. In crassitudine parietis facta est cochlea (ita vocatur scala, sive gradus, quales videmus in turribus), per quam eximo cubiculorum ordinem ad medium, et ex medio ad tertium et summum ascenderetur. Similiter cochleam in templo fecit Salomon, III Regum vi, 8. Noluit enim Salomon extra templum scalas apponere, ne extra omnino ascenderetur ad tabulatum, et ut vacua area relinqueretur decoris causa: *festi ergo cochleam*. Quia autem cubicula exquise latitudis erant pervia omnia, unum ostium cochleae satius erat ad singula latera per circuitum. Et ascendentes cerberinus nabebeant a mercede fenestratas, quarum luce clare et erto ubique incederent. Ita Beda, et ex eo Ribera, lib. I De Templo, cap. xv.

Porro cochlea tamquam latitudinis habebat, quantum superius cubiculum extra inferius eminebat, id est cubiculum unum sex palmorum. Paries (ut diximus cap. xl) latitudinem habebat palmi unius: interior cavitas 4 erat palmorum; ita ad secundum cubiculum, sive cubiculorum ordinem, ascendebatur. Ex secundo cubiculo rursum eminebat alia cochlea, qua extrinsecus ascen-

debat ad tertium. Similem cochleam videmus Ro. me in columna Trajan, qua per 185 gradus intrsecus (est enim columna haec crassissima instaurris) ab uno ad summum ascenditur, in qua loco fenestrarum fissura quadam parve aperitur scandentium lumen necessarium, sed ita exiguum ut ab illo qui prope accedunt vix percipiatur, et rite esse videantur: sunt ea numero 34.

LATUS ERAIT TEMPLUM IN SUPERIORIBUS. — Hebrei est, *qui latior erat domus superies*, id est quia cubiculorum ordo secundus (quem dominus appellat) latior erat uno cubito quam primus, et tertius quam secundus, ut paulo ante dixi.

Reddit rationem, cum potuerit cochlea esse, qua extrinsecus ex uno cubiculorum ordine in aliud ascenderetur, ait Maldonatus; quia nimis domus era latior superioris, quam inferioris: hoc enim exigebat cochlea gyrans extrinsecus, sequi magis in superioribus dilatas.

Porro iniququalitas tabularum, sive cubiculorum causa fuit angusta area: fuit enim admodum angusta, ait Ribera; hinc immo fuerunt uno cubito angusta secundis, et secunda tercis.

ET SIC DE INFERIORIBUS ASCENDEREBAT AD SUPERIORA IN MEDIO. — id est per medium, scilicet tabularum, et cubiculorum ordinem. Ita Chaldeus. Hoc est quod III Reg. vi, 8, dicitur: «Et per cochleam ascendebant in medium coenaculum, et a medio in tertium.»

Mystice cochleam et cubicula haec explicat Beda, lib. De Tabernaculo, cap. vii, et ex eo Ribera, lib. I De Templo, cap. xxiv: *Tres*, inquit, ordinis cellarum circum domum sedificati tres vite rationes significant, quae omnes honesti sunt, et ad Ecclesiam pertinent. *Prima* est conjugatorum, *secunda* continentium, *tertia* virginum. Et quia quelibet harum multos recipit, ac prouide multe in eiusdeme domus dei servantur, recte celles dicuntur, sive domuncule. *Primus* ordo strictior est, quia minorem habuerunt latitudinem animi atque spaci conjugati, putantes se aut nullo modo, aut difficilime in castitate posse permanere. *El illud* Pauli auscultantes, I Cor. vii, 9: «Quod si non se continent, nubant.» Hec latitudo major est in continentibus, et major adhuc in virginibus: *idcirco secundus* ordo latior est, *tertius* adhuc latior. *Primus* ordo 5 cubiculorum est, quia a quinque sensum voluptatibus non admodum absinet: *secundus* sex, quia perfectior est; *tertius* enim perfectione significat, ut supra diximus: *tertius* septem, quo numero integra perfectio significatur. In hoc a Beda recedimus; quoniam ipse in eis fuit sententia, ut putaret infinitum tabularum esse septem cubiculorum, supremum vero quinque.

Secondo, Rupertus in Comment. lib. III Reg. cap. x, in his tabularis significari affirmat tres vivi distinciones, quae significante sunt Ezech. xvii, in Job, Noe, Daniele. *Prima* est conjugatorum, qui per fidem et patientiam in coniugio Deo pla-

cent, ut Job. *Secunda* est Praelatorum, qui in Noe, qui gubernavi arcum in finebus, significatur. *Tertia* et supreme est contemplationi vacantium, qualis fuit Daniel. *Prima* est quicunque cubiculorum, in qua mensura intelligitur labor exterior quinque sensus corporis occupans. *Seconda* est sex cubiculorum, quia versatilis et laborat in opere Dei: Deus autem sex diebus absolvi opera sua. *Tertia* septem habet, quia septimo die, id est sabato, requies significatur, et sabbatismus: in hac enim vivendi ratione sancta anima sabatizat seculum aeternum, et cum adhuc tenetur in corpore, per contemplationis requiem quadammodo jam fruatur celo. *Hic vivendi rationes*, sive hoc, sive illo modo interpretari, adjuncte sunt templo: quoniam Ecclesiastica normam sequuntur, et ad Ecclesiam pertinent; sed non habent muri templi, id est non sunt perforati muri ad eas sustinendas, aut super muros non sustinuntur: nihil enim per eorum diversitatem onerata aut gravata est Ecclesia, nihil de sua integritate aut unitate amisit. Trabes tamen positi sunt in muro, quibus haec tabula sustinatur: quoniam haec vivendi rationes precepti et consilii Christi, que nobis Ecclesia tradidit, innituntur.

Ostium quo ad has intrabatur, in parte domus erat, non extra; quia qui ita vivunt, membrum Ecclesiae sunt, et extra Ecclesiam nec conjugium Deo placet, ut conjugium sancctorum; nec continuit, ut virginitas; etiam vero haec duas virtutes extra eam inventur. Sed erat in parte domus dextra, id est in meridiani, que pars cochli in bonam partem sumi sole in Scriptura, quia plus lucis et caloris habet; sicut pars septentrionalis in malam, quia frigida est et obscuro, ut sciamus has distinctiones graduum in Ecclesia bona esse, et Deo placere.

Ad *primum* ordinem cellarum facile quisque ascendiit; quia nemo est, qui sibi continentiam non promittat in coniugio. Ille magis ascendiit, qui transit ad *secundum*, id est ad vitam continentiam, qui iterum atque iterum secum volvit quam fluxit: sint voluntatis carnis, et simili per ostionem mente ad Deum ascendiit, et illas contemnit, et vitam ab eis abhorrentem eligit. Similiter a secundo ascendiit ad *tertium*; quoniam qui continentiam ad tempus eligerat, similiter volvendo, et ascendendo transit ad electionem perpetue virginitatis, si eam nondum amisit; aut si amisit, transit ad altioris continentiae genus per votum solenne, et ad tantam puritatem, et tantum castitatis amorem, ut meritum virginitatis possit acquire. Si autem, iuxta Rupertum, medius ordo sit doctorum, tertius contemplationi vacantium, ab eo ad hunc tertium ascenditur, qui si bene et magna cum charitate docent, et in opere Dei laborant, ad altioris contemplationis gradum provehantur. Denique Beda, cap. viii, ostium lateris mediis dicit esse vulnus lateris Christi; quia dextrum eius latus a militi aperi-

tum sancta eredit Ecclesia, ut idem ait, et addidit: Ubi et aplo verbo usus est Evangelista, ut non, Percessit, diceret, aut Vulneravit, sed: «Uncus militum lancea latus eius spernit», quasi etiam lateris mediis, per quod nobis iter ad celestia pandetur. Per hoc namque ostium nobis ascensus est in medium coenaculum, et a medio in terrium; quia per fidem et mysteria nostri Redemptoris de praesenti Ecclesia conversatione ad requiem animarum post mortem ascendimus, rursumque de requie animarum adveniente die iudicii ad immortalitatem quoque corporum, quasi in tertium coenaculum sublimiore profecti penetramus. Rupertus etiam cap. x, ostium dicit esse talus Christi lancea apertum; quia ex eo exiit sanguis et aqua, id est baptismus, per quem in Ecclesiam ingredimur, et tunc autem nomen in imo, aut ascendimus in medium, sive ad tertium coenaculum, pro voluntate nostra cura gratia Dei.

Denique platea hinc, per cochleam ascendens in gyrum, significat non nisi per tortuosam laborem et dolorum viam in coram ascendi. Eadem istud bene verbis docent Eucherius et Angelomus in lib. III Reg. cap. vi, et Vilapando hic, cap. xi. Talis scala et cochlea fuit, quam per visionem vidit S. Perpetua, ex eaque se suosque socios per martyrium in colum vocari novit. Videlicet scalam auream ex terra in celum portavat, cultris et gladiis quasi gradibus intextam: simulque vidit Satyrum socium suum in carcere, per eam forfiter et animose ascendere, ac in summo statuente, se suosque horari ut in trepidi endem via se sequerentur. Cumque visum hoc satyro et sociis celeri narraret, acclamarent omnes cum jubilo se vocari ad martyrium. Unde gratias agentes Deo, ad illud se compararent, quod primo obiit Satyros, deinde ceteri 7 martii, anno Domini 205, sub Severo Imperatore. Ita habent eorum Acta.

8. ET VIDI IN DORO ALTIUDINES PER CIRCUITUM. — *Altitudinem* vocat non tecum, ut volunt Beda, Eucherius, Angelomus, Lyranus et Richardus, sed supremam cubicula, quia haec erant omnium altissima. Ita Chaldeus, Theodoreus, Maldonatus et Vilapando.

FUNDATA LATERA AD MENSURAM CALAMI. — Hebrei *fundata* *latera* *ad mensuram basileam*, id est fundamenta thalmarum, sive cubiculorum, unus canne, q. d. Vidi fundamenta supremorum cubiculorum sex cubiculorum esse. Fundamenta vocantur pars cubiculorum, non quia in terra, sed que in summo tabulato erat. Significat ergo id quod supra dixi, supremam cubicula sex cubiculorum habuisse, tam in longitudine, quam in latitudine.

Addit autem *sex cubiculorum*, ut explicet mensuram canne, sive calami, Ita Maldonatus.

9. ET LATITUDINES. — q. d. Paries cubiculorum extrinsecus quinque habebant cubiculos in latitudine.

ET ERAT INTERIOR DOMUS. — Hebraice: *Et intervalum, quod erat domini cubiculum, que erant in templo, subaudi, quinque etiam cubiculorum erat; hoc est, spatium interiectum inter thalamos et murum qui templum circubat, quinque etiam cubiculorum erat. In Hebreo est vox μυναχ de qua mox.*

10 ET INTER GAZOPHYLACIA LATITUDINEM, — id est plateam, q. d. Platea quedam vixi cubitos lata, erat inter gazophylacia atriorum, et predicta cubicula templo adhaerentia, quae undique totam dominum cingebat, a Oriente, Meridie, Occidente et Aquiloni. Ita Vilalpandus. Ex hoc loco patet, quod inter templum et atrium sacerdotum, interiectum fuerit spatium, sive platea 20 cubitorum, que porrigitur ex omni parte circa templum, illudque proxime ambebat. Erat hec platea sub diu, ibique orabant sacerdotes. Unde de ea dicitur *Joel*, n. 17: « Inter vestibulum et altare (puta in platea iam dicta) plorabant sacerdotes, ministri Domini, tunc dicuntur: Parce, Domine. » Et hie vers. 11 dicitur ibi fuisse locus ad orationem, id est oratorium sacerdotum. Hunc locum profanarunt impi, de quibus dixit cap. viii, vers. 16: « Inter vestibulum et altare quasi vixi quinque viri dorsa habentes contra templum Domini, et facies ad Orientem, et adorabant ad orientum solis. » Itaque inter vestibulum templi et peribulum, sive murum atrii sacerdotum, intercebat hoc spatium vacuum, puta plates 20 cubitorum. Ita Vilalpandus, Fineda, et passim alii.

11 ET OSTIUM LATERIS (id est estia cubiculorum erant) AD ORATIONEM, — id est ad locum jam dictum; puta ad cubicula templum ambientia, que erant loca ad orationem deputata.

ET LATITUDINEM LXX AD ORATIONEM QUINQUE CUBITORUM, — q. d. Et predicti loci, sive cubiculorum latitudo erat 5 cubitorum. Tot enim distat ab interiori domus pariete exterior costarum, aut Vilalpandus. Quanquam Pineda, lib. V. *De Rebus Saloni*, cap. v, § 11, dubitet an hi 5 cubiti spati fuerint designati et definiti in ipsa platea 20 cubitorum, de qua vers. precedet, aut vero ulterius circa ipsum dominum in intersitio duorum murorum quibus cingebatur.

Nota: Pro *ad orationem* hebraica est. μυναχ, id est requies, puta locus quietis. Unde oster paulo ante verit. « domus interior. » Ita vocatur oratorium, et alibi *templum: primo*, quia eo est quasi locus in quo requiescit Deus, ut ait saias cap. LXVI, 1. Unde et David ait *Psalm* XXXI, 14: « Hic requies mea in sacerulum sanctum; hic habitatione, quoniam elegi eam. » Et II *Paral*. vi, 41: « Surge, Domine, in requiem tuam. »

Secundo, quia ibi orantes requiescant in Deo, iuxta illud *Psalm*. xc, 1: « Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei celi commorabitur. » *Orationem* ergo vocat locum orationis, sive oratorium cellularum et cubiculorum. Hinc christiani suas ecclesias olim vocarunt προσκυνεῖ.

(uti hic vertunt Septuaginta), id est *orationes*, id est loca orationis: est metonymia. Porro eadem cubicula, sive oratoria, mox vers. 12 vocat « adficiens separatum. »

12. ET EDIFICIUM QOD ERAT SEPARATUM. — Alii, qui intelligent totum spatium templi cum suis thalamis et ceteris appendicibus, dicunt « separatum », quia in eo dividunt et separationem erat Sanctum a Sancto sanctorum. Hoc ergo sunt fuisse latum cubitos 70, quos ita colligit Maldonatus: Sanctum sanctorum habebat 20 cubitos latitudinis, murus 6 cubitos inferne: erat autem duplex: alter meridionalis, alter septentrionalis: sunt 12, qui additi ad 20, efficiunt 32. Cubicula inferiora 4 habebant cubitos: erant autem duo cubiculorum ordines, unus in uno ceterus, alter in altero: sunt ergo 8 cubiti, quos additio ad 32 habebis 40. Murus cubiculorum fortissimum erat: 5 cubitos, unus ex uno, alter ex altero latero: sunt 50. Spatium quod restabat erat inter cubicula et murum, qui Sanctum sanctorum circubat, quinos utrinque habebat cubitos: sunt 60. Murus Sanctum sanctorum ambicus quinos etiam utrinque cubitos habebat: sunt 70: « Et longitudine ejus nonaginta cubiculorum: » scilicet, vestibulum Sanctuarum 14 cubitos habebat latitudinem, cap. xl, 49; murus autem Sanctuarum 40 cubitos longitudinem, ut patet vers. 2: sunt 36. Sanctum sanctorum vixi cubitos habebant longitudinem, vers. 4: sunt 76. Murus Sancti sanctorum versus Occidentem latus erat 5 cubitos: sunt 81. Thalami infimi 4 erant cubiculorum: sunt 85; et spatium quod relictum erat inter thalamos, et alterum murum, erat 5 cubiculorum: sunt 90. Quibus si addas 5 cubitos, quos habebat murus templum circumdans ex una parte, et totidem ex altera, efficies 100 cubitos, quod dicitur vers. 13, 14, 15, totum templum circuitum in quadrum habuisse. Huc usque Maldonatus. Sie et Vatabulus.

Secundo et melius, Vilalpandus: *Edificium, alt., separatum, vel, ut hebraice est μυναχ*, id est precisum (Chaldeus vertit *conceptum*; Septuaginta, *reliquum*), vocat adficiens cellularum, sive cubiculorum et oratorium jam dictorum temporum adhaerentium. Hoc enim recte vocatur μηνιαν, id est adficiens constantia variis partibus inter se connexis et colligatis. Hebraice ad verbum est, *edificium quod erat ante faciem separatum*, id est templi: Noster verit. « separatum, » quia tum adficiens hoc cellularum a templo, quam templum ab ipso adfici erat separatum. Separatum enim est relativum, aquiparante: separatum enim est separatum separatum. Porro mare vocat Occidentem; Iudeus enim mare Mediterraneum est ad Occidentem. Sensus ergo est, « et edificium, quod erat separatum, » id est adficiens cellularum quod erat locus orationis, quodque latere meridiano et aquilonari templi extrectum erat, latum erat.

Et est extendebar ab Oriente in Occidentem, magnorum adficiorum, ad ea fortificandum.

Verum dico ethica esse vocem Chaldaicam, a radice προς natu, id est avulsa, abrupta. Unde ethica vocatur porticus, ut verit. Noster, cap. XLII, vers. 5, que postibus sive columnis fulta, a muro separata et quasi avulsa videtur: sicut giza paulo ante vocavit templum, quia separata, et quasi ab omni alia fabrica avulsum. Ita Vilalpandus. Aut potius, ut S. Hieronymus: « Ethicas, inquit, Romae appellant solaria coenaculorum parietibus eminentia, sive meniana, ab eo qui primum ea inventit, que nonnulli Graecorum έθεας vocant. » Haec enim proprie hebraice vocantur ethica, id est avulsa, id est locus extans, et quasi a muro domoque avulsa. Haec enim vocari possunt porticus; unde grec. έθεα, id est extiores, v. existentes porticus vocantur: quia de causa etia porticus, quia a muro quasi avulsa, vocatur ethica, ut Noster verit, cap. XLII, 5.

Sensus ergo est, q. d. Mensus est longitudinem porticus Occidentalis, aut potius menianum, que resipiebant Occidentale porticum dominus, centrum cubiculi. Erant enim quadrata, eamdem habentia latitudinem et longitudinem, scilicet centrum cubiculi.

ET TEMPUL INTERIUS, ET VESTIBULA ATRI, — q. d. Atque adeo mensus est templum interius, et atrii vestibula. Ita Vilalpandus.

16. LINNA, ET FENESTRAS OBLIAS, ET CIRCUITU PER TRES PARTES. — Repetit que dixit cap. superiori, ut indicet Angelum ibi particulatum, hic communiter mensum esse omnia per tres partes, id est per tria latera, scilicet ad Meridiem, Aquilonem et Occidentem. Nam ad Orientem, qua in Sanctum sanctorum introitus erat, non poterant esse thalami, nec ethica, id est eorum porticus.

CONTRA UNUSCUSQUE LINEN, — q. d. Postibus domus singulis respondebant singula limina, vel tabulata singulis tabulatis.

STRATUMQ LIGNO PER GYRUM IN CIRCUITU, — id est, postes vero dominis, vel parastades, operiebantur tabulatis (tabulis cedratis, inquit Chaldeus) cubiculorum, in circuitu trium laterum jam dictorum. Ita Vilalpandus.

TERRA AUTEM USQUE AD FENESTRAS. — Richardus Victorinus, lib. *De Templo, Ezech.* cap. XVII, hinc colligit dominum ipsum terra septulam fuisse usque ad fenestras: sed hoc repugnat ornatum domus, et architectura. Sensus ergo est, q. d. A terra usque ad fenestras, supple, tabulatis, et tabulis jam dictis operata erant ethicae, scilicet usque ad altitudinem 25 cubiculorum. Vel, et solidius, q. d. Paries erigebatur usque ad fenestras domus, que super altitudine 25 cubiculorum aperiebantur in parte meridiana et aquilonari. Ita Septuaginta, Chaldeus, Hebrei, Vilalpandus et alii.

ET FENESTRA CLAUSE, — q. d. Fenestra vero templa, que super hujusmodi parie aperiebantur, ab eodem ita abscondebantur, ut ex atriorum pa-

vimento inferiori videri non possent. Rursum, « fenestrae clause super ostia, » q. d. Et fenestrae clause tripli operamento, scilicet cancellis, valvis et aulosis, aperiebantur super altitudine osti orientalis domus.

17. ET USQUE AD DOMUM INTERIOREM, ET FORINSECUIS PER OMNEM PARIETEM IN CIRCUITO, INTRINSECUIS ET FORINSECUIS AD MENSURAM, — q. d. Aperiebantur, inquam, fenestrae loco et modo iam dicto, per parietes exterioris domus usquoad parietem interioris: nam in interiori (puta in Sancto sanctorum, ut mos dicam) nulla erant, atque in eadem altitudine procurebant, tum in parte interiori domus meridiana et aquilonaria, tum in exteriori costarum et cubiculorum. Vel « intrinsecus, » id est in interiori domo Sancti sanctorum; et « forinsecus, » id est in exteriori Sancti, ad mensuram operiebant omnia tabulis ejusdem mensurae, in quibus fabrefacti, id est insculpti, erant Cherubim et palmae, uti sequitur. Ita Vilapandus.

Quares, quales fuerint ha fenestrae, et cur vocantur obliquae? Respondent R. David et Isidorus Clarius, fusse fenestras introrsum angustiores, extrosus vero latiores.

Secundo, alli passim censemus exstrorum fusisse angustiores, introrsum latiores: inde dicuntur obliquae, tunc quia declives erant, tum consequenter quia per eas lumen non rectum ingrediebatur, sed obliquum et declive. Ita censemus Beda, lib. De Templo, cap. viii, Angelomus, Cajetanus et Abulensis, III Reg. vii, 4, Richardus Victorinus, Lyranus, Vatabulus, Maldonatus hic, Ribera, lib. I De Templo, cap. xiii, Veronius Angelomus et Abulensis affirmant non dici obliquas, eo quod recta essent obliquae, sicut exiguae fenestrae quaifiunt in quibusdam arcibus, sed quod, cum essent introrsum latiores, linea laterum illarum non erant parallela, sed a se invicem semper elongabantur, sicut latera trianguli. Ita enim exponit Abulensis, et addit: « Istud autem fit ad hoc, ut lux multa infret per illas; quod non fieret, si essent fenestrae rectae, sicut intus et extra. Causa huius est, quod radii solis venientes ab extra intersecent se in superficie fenestrarum, ubi est locus strictior, et deinde dilatantur, et intra lux in dominum per modum pyramidis evaseret. De quo patet libro I Perspectivae communis, propositione vi, et si sunt fenestrae communiter in Ecclesiis et aliis domibus. »

Probatur hæc sententia, prima, quia hoc significat vox obliquas; secundo, quia pro obliquas, III Reg. vii, 4, in Hebrewo est קְרַבָּם אֲשֶׁר־ בְּקִרְבֵּן atum, id est opertas clausas, quia scilicet interiori erant late et patule, exteriori angustæ, ut pene clause videbantur. Non enim omnino clausæ erant: sic enim non fuissent fenestrae. Clausæ ergo idem est quod angustias, ut explicat Pagninus. Unde Chaldeus verit: Aperiens intrinsecus, et clausas forinsecus; et Septuaginta verum: Fenestras cancellatas occultas.

Tertio, quia S. Hieronymus id docet verbis citatis in cap. i, 10, ubi has fenestras ex Symmacho vocat οὐρανοί, quod lumen instar sagittæ transmittent. Porro haec fenestrae cancellis quibusdam transversis in modum retis erant obductæ, et quasi clause: ideo enim hebreo vocantur atum, id est clause. Id clare docent Septuaginta, qui III Reg. vi, 4, vertunt: οὐρανοί διακριθεῖσαι κατά τὰς οὐρανούς, id est fenestras reticulatas, sive cancellatas. Ubi S. Hieronymus: « Fenestras, inquit, factæ erant in modum retis instar cancellorum, ut non speculari lapide, nec vitro, sed lignis interrasibus et vermiculatis clauderentur (pro quibus in diebraeo obliquas fenestras habet), que in tribus tantum erant partibus templi, ad dexteram sellæ et ad sinistram, et post tergum. Orientalis enim pars non habebat fenestras; quia ipsæ introitu claram immittebat lumen intrinsecus, et causa interiora templi januariolum lumine complebantur, ita ut per singulas fenestras et cancellorum foramina intra quis posset aspicere. » Ita Rhabera et Vilapando in cap. xx, Ezech., ubi addit « obliquas » dici, eo quod eorum anguli obliqui essent, non recti, uti sunt in reli et in cancellis transversis: rursum dici οὐρανοί, quod in modum cuspidis sagittæ foramina habeat acuminarentur. Harum ichnographiam claram exhibit Vilapandus in tabula post pag. 144.

Mystice fenestrae templi (ut ait Beda cap. viii) docentes Ecclesiæ sunt, qui, dum fidei mysteria, et facienda docent, per eos lux ad mortuorum ingressum. Ideo dictum est Matth. cap. v: « Vox estis lux mundi. » Fenestrae obliquæ sunt eodem auctore: quia nimis necessæ est ut quisquis iubat superne contemplationis vel ad momentum perceperit, mox sinum cordis amplius castigando dilatet, atque ad majora capessenda solerit exercitationem preparat. Sunt etiam introrsum latiores, quia, etsi magna latitudo charitatis cerni in eis debet exterius, major intus debet in corde ferre. In corpore Christi fenestras interpretari possumus vulnera, quæ magnam ostendunt charitatem, multo tamen major erat in ejus corde intus. Christus enim immense amabat Deum Patrem, tunc quia clare perspiciebat immensem ejus pulchritudinem, dignitatem, amorem aliaque ejus attributa divina; tum quia immensem ejus in se amorem cerebant, quo humanitatem suam ad unionem hypostaticam cum Verbo exeverat, omnibus sapientia, gratiarum et virtutum donis mire decoravit. Et quia immense amabat Patrem, immense amabat et homines, utpote pro quibus Deus Pater ejus humanitatem ita exerat et decoravit, volebatque ut Christus pro eorum salute hinc omnia expenderet, ac tormenta et mortem crucis subiret. Immensus ergo hic Christi in Deum amore, indequæ ad nos reflexus, mortis crucisque terroris limitari non potuit. Sic enim semel mortuus est, ita millies mori et crucifigi voluisse;

¶ id Pater jussisset: ac ut omnium hominum causa mortuus est; sic unius hominis causa mortuus paratus erat, ad idque abundantissimum et prouissimum habebat amorem: aque non tres tantum horas, sed usque ad diem judicii in cruce pendere, ibique laboribus et doloribus confici, si id Pater postulasset, cupivisset, et ad hoc re ipsa prestandum virs superabundantes amor hic ipsi subministrasset. Hinc ipse sitiebat crux et mortem, omnemque dies quibus illa differebat. Hoc est quod ait, Luke xii: « Baptismo habeo baptizari, et quomodo coarctare usque dum perficiam? » Pelagus ergo amoris Christi infra visceram occulserat, cujus exiguo tantum rivulus per vulnera nobis communstravit. Hoc est exemplar amoris, quod nobis imitandum et rependendum proponit Christus: de quo doceo et pie disserit nos Bernardinus Rosignolius, lib. De Disciplina Christianorum perfectiorum, lib. V, cap. xxvi.

Erat autem fenestra in tribus lateribus templi, id est in omnibus, praeterquam in Orientali, et in omnibus conationibus, quin omnium conditionum hominum lumine solis justitiae indigent, quod per doctores Ecclesiæ, et per spirituales viros diffunditor. Latus Orientale, quia magnum habet janum, et Orientis solis radix plenissima perfunditur, fenestris non indiget; quia pars illa Ecclesiæ, qui plena deo illuminatur in beatitudine, non necesse habet ab hominibus doceri. Hinc de ea dicitur Apocal. xxxi: « Et civitas non ager sole, neque luna, ut lucet in ea; nam claritas Dei illuminavit eam, et lux eius est agnus. » Denique fenestrae erant tantum in atrio et Sancto, non in Sancto sacerdotum; hoc enim unicus clausum et opacum erat sine fenestris, idque sicut Deus, id est Angelus vice Dei in assumpto ex aere corpore sedens, et respondens in propitiatorio, a Pontifice ingrediens Sancta sacerdotum videri solebat. Est enim caligo et nubes latitudinem ejus, unde Pontifex vocem loquentis audiebat, sed speciem non videt nullum cernebat, ut dicitur Num. vii, 89. Ita docent Abulensis, Ezechi. xxv, Quæst. XXII, Vilapandus hic, cap. xxxiv, et alii.

18. ET FABRICA THERUBIN ET PALME: ET PALMA ERAT INTER THERUB ET THERUB, — q. d. In parietibus templi insculptæ erant effigies Cherubim et palmarum, ita ut alterna succederent imago Cherub et imago palme, atque quaque Cherub esset inter duas palmas, et quaque palma inter duas Cherub. Parietas ergo alternae Cherubinis, et palmarum spatulis, quasi coronis exornabantur.

Causam dat Alcazar, Apocal. iii, 12, not. 4, quod templum a Salomone erectum sit Deo viciori, ob eximias victorias, quas ejus pater David Dei ope et duetu de hostibus reportaverat. Constat hoc I Paral. xvi, 27, et cap. xxix, 11, ubi David, ejusque duces dicuntur obtulisse spolia bello capta ad fabricam templi, dicente Davide:

« Tua est, Domine, magnificencia, et potentia, et gloria, atque Victoria, et tibi laus. » Sic Philipus II, Hispanie rex, angustum illud S. Laurentii templum edificavit ob victoriam quam S. Laurentius die festo, et ipsius patrocinio consecutus fuerat. Nam Cherubini (id est juvenes alati), aquæ ac palmæ victoriæ sunt symbola, ut videre est in antiquis sculpturis et numismatibus; eaque Romani et Graeci a Salomone et Hebreis mutati videntur. Nam, cum constet palmaris oriundam esse ex Judea et Phenicia (ideoque in antiquis nummis, ubi Judei effigiebant, palme velut ejus nota et insignia additur), dubitandum non videatur quin ex exemplo Salomonis depromptum sit, ut palma pro victorie signo ponatur ab ethnici, atque ut in certaminibus victori daretur palma.

Quod autem simulacrum Victoria effigieatur altera manu palme, altera oleo ramum praeferebant, id etiam ex eodem templo derivatum videatur; quia in eo frequentes erant palmarum et oleæ frondibus effigies.

18 et 19. DUASQUE FACIES HABEBAT CHERUB: ET HOMINIS JUNTA PALMAN EX HAC PARTE, ET FACIEN LEONIS JUNTA PALMAN EX ALTERA PARTE. — Quaternas facies habebant Cherubim, ut vidimus cap. i, in statua separata; sed in pariete plano insculptæ duas tantum facies ostendebant, scilicet hominis et leonis: quia duæ aliae facies, scilicet aquile et vituli, intercipiebantur et abscondebantur ab ipsa pleniori parietis. Fuit enim haec Cherubinorum dimidiata sculptura (quam Galli demi-taille vocant), in qua necesse est ut multæ partes oculentur, nec apparent: quia figures imperfectæ sunt, et ex parte exstantes, reliqua vero parte in plano parietis absorventur. Cum ergo aquile facies in editiori parte capitis extaret, facile fuit illam in ejusmodi celatura ablatam remanere: eam enim solum vulnus parvum ars eminentis sive existentia reliquum; que salis erat ut inspissæ, et ex ea cognosci posset, superiori capitis parte imperfecta seu abscondita relicta. Secundo, ut leonis facies cerneretur, necesse fuit Cherubinum ex latere, sive obliquum figurari: Quare eo ipso quod humanam faciem, et leonis vulnum monstraret, necessario erat vituli facies obtegenda, inquit Alcazar, Apocal. „ 7, not. 12.

Mystice S. Hieronymus: « Cum ingressi (ait) sumus sancta sanctorum, et vita mortificaneus, indigemus facie hominis et leonis, id est prudenter et fortitudine. » Hinc patet Cherubinos habuisse plures facies proprie dictas. Nam unam convertabant ad palmarum unam hinc, et alteram ad aliam palmarum inde: non ergo facies leonis erant juba, nec facies aquile erant ale, nec facies vituli erant ungula, ut volum Prado et Vilapandus. Leo enim tam habet juba in pectora quam in tergo.

PER OMNEM DOMUM IN CIRCUITO. — Ita ut in sanctuario octo numerarentur Cherubini in quatuor parietibus, quatuor in Sancto sanctorum ar-

cam circumstantes, duodecim in exteriori domi : illa et omnes Chezutini templi fuerint 24; ad quos prouide alludit Joannes, Apoc. v, 8, dum totidem, id est 24 seniorum numerat Deo et Agno astantes, ait Vilalpandus, cap. XLV. Hui enim seniores sic dicti sunt, quod ab exordio temporis, ex quo sub aliquis sensibili forma Dei invisibilis sedes hominibus ostensa fuit, Dei majestati astarent. Verum de 24 senioribus dicendum est Apocal. v.

20. DE TERRA USQUE AD SUPERIORA. — q. d. Quantum erigebatur Orientalis porta limen, vel ostium, tantumdem a terra parietes et oraculi hunc sculpti palmarum a Cherubimis exornabantur, hoc est in altitudine cubitorum viginti : tanti ergo erant Cherubini, quea de palme, scilicet alii cubitos viginti. Ita Vilalpandus.

21. LIMEN QUADRANGULUM. — Hebraice : *Et templi positus (subhanc uterque) portas ostium, vel ostium, et portae templi quadrangulum erat, ad differentiam eorum qui limina faciunt rotunda. Porta ergo templi quadrata erat, non fornicate. Ita Vilalpandus.*

ET FACIES SANCTORUM ASPECTUS CONTRA ASPECTUM. — Hebraice *בְּרֵאֶת כָּלִים וְאַמְּנוֹת* mare kenare, id est aspectus sicut aspectus, q. d. Facies, id est postea et portae templi, omnes erant similes, sibi que invicem obversa, ut se invicem paribus occurris, parique aspectu intueri et aspicere viderentur. Ita Maldonatus. Alter Chaldeus et R. Salomon, q. d. Aspectus Sancti sanctorum similis erat aspectui gloriae Domini, quam videram juxta Iulium Chobar, cap. I.

Tertio et melius, Vilalpandus, q. d. Sancti sanctorum, et Sancti facies, utpote que eamdem spectabam colli regionem, et eodem aspectu videnter poterant, erant omnino similes dispositione, ornamenti, incurvaturis, sed una symmetria dispare : nam hujus antepagmentum utrumque ex parte, illius ex quinta latitudinis portae parte factum fuisse dicitur.

Addit Vilalpandus cap. XLVI, portam templi Iudaici similem fuisse portae templi Romani, quod Pantheon dicuntur, a M. Agrippa tempore Augusti Caesaris, in honorem omnium deorum edificatum.

22. ALTARIS LIGNEI. — Describit et dimittitur hic altare thymiamatis, *אֲשֶׁר*, quod erat ante portam Sancti sanctorum, atque ipsum, id est tigilla angularia, et parietes, et tabularum, sive mensarum (hanc enim vocat longitudinem), facta fuisse ex lignis, sed que auris lamino tegebatur : addita desuper aurea craticula pro foco; additum altare hoc altum fuisse tres cubitos, longum equaque a latum duos cubitos. Hoc altare, utpote quadratum ligneum, formam et typum gerebat crucis Christi, ait Vilalpandus.

HEC EST MENSA. — q. d. Hoc altare est quasi mensa, in qua Dominus ignis et thymiamam, quasi esca Deo gratissimam proponitur, vel, q. d. Angelus ab altari convertens se ad mensam panum pro-

positionis dixit : Haec est mensa in qua jugiter Deo duodecim panes proponantur et offerentur a duodecim tribus Israel, quibus protestantur a Deo ali, frugesque et panes quotannis percipere. Alioqui dicendum est Prophetam omittens hic mensam, ut et candelabrum in Sancto, quea arcum cum propitiatorio, et Cherubim in Sancto sanctorum. Cujus ratio est, quod arca a Jeremias fuit abscondita. Unde in templo Zorobabelis non fuit arca, ut diserte docet Josephus, lib. VI *De Bello*, cap. vi.

23. DOO OSTIA. — Hebraice *בְּרֵאֶת כָּלִים וְאַמְּנוֹת* scilicet delatot, id est geminae fores, q. d. Tam Sancti quam Sancti sanctorum, sive oraculi, ostium unumquodque binis cladebatur foribus.

24. ET IN DUCOR OSTIS, ETC., BINA ERANT OSTIA. — q. d. In singulis foribus rursum erant aliae binae plicatae fores. Itaque in quolibet ostio erant quatuor fores, dues ex una parte plicatae, et totidem ex altera, quales hodie mutis in locis videmus. Ita Vilalpando et Maldonatus.

25. ET GROSSIORA ERANT LIGNA. — Id est, ligni ex quibus fores erant factae, eminebant extremitates, ut Cherubim et palmae souperentur. Chaldeus et Hebrei alter haec vertunt et explicant, scilicet de trabe cedarina, quam a pariete templi ad parietem vestibuli trajectam dicunt, ad confinem utrumque parietem, ut in amplis aedificiis fieri solet.

Porro trabes, quea a postes et columnis, ait Vilalpando, exornatae erant insigni calatura triglyphorum, metopis et zoophororum. Triglyphi vocantur capita trahib; sic dicta, quod tribus canaliculis exornarentur. Metope vocantur quadrata spatia inter triglyphos. Zoophori erant Cherubinorum capitula, puli, homini, aquila, leoni et vituli metopis insculpta; sicut postea Dores taurorum, aliorum animalium capita metopis insculpserrunt. Dicitur *Keroppe* a Zoro, id est vita, et *qipa*, quae viventes, id est animalis, caput representans et representans. Qua ratione eodem nomine vocatur Zodiaci circulus, proper signa animalium formis distincta, quae in se complectentur; scilicet haec duodecim, totidem monsibus respondentia :

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo, Libraque, scorpius, arciteneus, caper, amphora, pisces.

26. SUPER QUE (ERANT) FENESTRAE (de quibus dixa vers. 16 et 17), ET SIMILITUDO PALMARUM HINC ATQUE INDE IN HUMERULIS (hebraice *בְּרֵאֶת כָּלִים kithopheth*, id est lateribus) VESTIBULE (q. d. In fronte vestibuli ex utraque parte erant capitella sculpta, ad modum palmarum in parastasis angularibus, ut videmus in eleganteribus, frontispicio, palatiuum et templorum : capitella, inquam) SECUNDUM LATERA DOMUS, LATITUDINEMQUE PARVITUT. — Id est similia capitellis, paria, et quea librata, que domum universam eingebant, et omnes ejus undique parietes. Ita Vilalpando, quem fere pse alii

Hic sequitur (nisi urgens ratio aliud suadeat, imo cogat), quia ipse et architectus fuit insignis, et vigilavit duos annos, ut ipsomet profitteret, in hanc templi fabricam insumpsit : cuique enim in sua arte et professione credendum est.

Mystice fibera, lib. I *De Templo*, cap. XXI, ostia duo templi, id est ex aliis, sunt opera bona duplicitis charitatis, ibi sollicit et proximi. Unde ostia oracula in templo Salomonis facta erant ex olla, que est symbolum misericordie. Palmae significant virtutem esse certitudinem, ut palma donemur. Postea quadranguli sunt quatuor virtutes cardinales, aut quatuor principi affectus animae, quos Poeta expressit :

Hinc metuunt, cupiuntque ; dolent, gaudentque :

quos tam in adversis, quam prosperis moderari et expolire oportet. Cherubini significant electos eo tendere debere, ut Angelorum vita puritate et amore imitantur, inter quos vident sibi vivendum esse in celo. Ostium exterius est charitas proximi, ostium interius est charitas Dei; quia per illam ad hanc accedimus. Quodque ostium binas habet fores, quia in charitate Dei debent adesse duo, scilicet fides veritatis, et puritas bone operationis. Itidem in charitate proximi debent adesse duo, scilicet patientia ad tolerandas injuras molestiasque fratribus; et benignitas ad dimiditum ex corde, et beneficendum iis a quibus injuras sustinet : aut duo haec sunt fervor operum, et interior animi devotionis.

Ante haec ostia erat volum. Velum ante Sanctum eandorum significabat clausum esse colum, et abscondita esse hominibus, que infra colum sunt. Velum ante Sanctum significabat, abscondita esse hominibus nondum expertis ea bona, que Deus preparavit iis, qui per penitentiam et abnegationem (hanc enim significabat altare holocaustorum, et labrum æneum, quod erat in atrio ante Sanctum) sui perseverantiam transiret ad perfectionem charitatis, et semper cogitandis de futuris risibus, eaque tantum expectum oblitis ceterorum.

ET SIMILITUDO PALMARUM HINC ATQUE INDE IN HU MERULIS VESTIBULE. — Palma symbolum est roboris et victorie, ex quo ponderibus impositis humeris renitatur. Audi Gellium, lib. III, cap. vi. : « Rem mirandam Aristoteles in VII *Problem.*, et Plutarchus in VII *Sypos.* dicunt : Si supra palmam, inquit, arboris ligum magna ponderis imponas, ac tam graviter uregas oneris, ut magnitudo oneris sustineri non possit, non deorsum palma cedit, nec infra flectitur, sed aduersus pondus resurgit, et sursum militat, recurvaturque : propterea, ait Plutarchus, in certaminibus palmarum signum esse placuit victorie : quoniam ingenium hujusmodi ligum est, ut urgentibus opprimitibus non cedat. » Rursum palma in summo coronata est : habet enim frondum et fructuum suorum comam circum circa instar corona. Par modo Victoria debetur corona, eaque paratur constantia ac magnanimitate palmata, ac magna nimis debetur.

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Pergit atria templi dimetiri et describere sigillatum, quae cap. XL generaliter tantum dimensus fuerat, at tandem in fine omnia, id est extimum omnium ambitum quingentis calamis in quolibet latere, id est universim bis mille calamis, hoc est duodecim mille cubitis circumscripti.

1. Et eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad Aquilonem, et introduxit me in gazophylacium, quod erat contra separatum aedificium, et contra aedem vergentem ad Aquilonem. 2. In facie longitudinis, centum cubitos ostii Aquilonis : et latitudine quinquaginta cubitos, 3. contra viginti cubitos atrii interioris, et contra pavimentum stratum lapide atrii exterioris, ubi erat porticus juncta triplici. 4. Et ante gazophylacium deambulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens via cubitus unus. Et ostia eorum ad Aquilonem : 5. Ubi erant gazophylacia in superioribus humiliis : quia supportabant porticos, quae ex illis eminebant de inferioribus, et de mediis aedificiis. 6. Tristegi enim erant, et non habebant columnas, sicut erant columnae atriorum : propterea eminebant de inferioribus, et de mediis a terra cubiti quinquaginta. 7. Et peribolus exterior secundum gazophylacium, quae erant in via atrii exterioris ante gazophylacium : longitudine ejus quinquaginta cubitorum. 8. Quia longitudine erat gazophylaciorum atrii exterioris, quinquaginta cubitorum : et longitudine ante faciem templi, centum cubitorum. 9. Et erat subter gazophylacia haec introitus ab

Oriente ingredientium in ea de atrio exteriori. 10. In latitudine periboli atrii, quod erat contra viam orientalem in faciem edificii separati, et erant ante edificium gazophylacia. 11. Et via ante faciem eorum juxta similitudinem gazophylaciorum, quae erant in via Aquilonis: secundum longitudinem eorum, sic et latitudine eorum: et omnis introitus eorum, et similitudines, et ostia eorum. 12. Secundum ostia gazophylaciorum, quae erant in via respiciente ad Notum: ostium in capite viae: quae via erat ante vestibulum separatum per viam orientem ingredientibus. 13. Et dixit ad me: Gazophylacia Aquilonis, et gazophylacia Austris quae sunt ante edificium separatum: huc sunt gazophylacia sancta: in quibus vescuntur sacerdotes, qui appropinquant ad Dominum in Sancta sanctorum: ibi ponent Sancta sanctorum, et oblationem pro peccato, et pro delicto: locus enim sanctus est. 14. Cum autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de Sanctis in atrium exterius: et ibi reponent vestimenta sua, in quibus ministrant, quia sancta sunt: vestienturque vestimentis aliis, et sic procedent ad populum. 15. Cumque complesset mensura domus interioris, eduxit me per viam portae, quae respiebat ad viam orientalem: et mensus est eam undique per circuitum. 16. Mensus est autem contra ventum orientalem calamo mensura, quingentos calamos in calamo mensura per circuitum. 17. Et mensus est contra ventum Aquilonis quingentos calamos in calamo mensura per gyrum. 18. Et ad ventum australem mensus est quingentos calamos in calamo mensura per circuitum. 19. Et ad ventum occidentalem mensus est quingentos calamos in calamo mensura. 20. Per quatuor ventos mensus est murem ejus undique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, et latitudinem quingentorum cubitorum dividenter inter Sanctuarium et vulgi locum.

4. ET EDUXIT ME IN ATRIUM EXTERIORIS. — Propheta ex atrio interiori, ubi eius dimensionem et orientationem contemplatus fuerat, deducens est ab Angelō in exteriori, scilicet, in eius porticus, et atrio, et ambulacrum ad Occidentem extensus, hinc atque illino cinctum gazophylacis, id est, exedris. *Gazophylacium* enim vocat eridum gazophylaciorum omnium. Ita Vilapandus. Inter alii, ut Maldonatus, putant atrium virorum vocari exterioris. Verum jam dixi cap. XI, atrium exterior vocari exterioris sive templum laicorum; interior vero esse sacerdotum, quia erat vicinum templo, puta Sancto.

CONTRA SEPARATUM EDIFICIUM. — Hebreice contra *תְּבַדֵּל haggirah*, id est, contra separatum: significat templum, de quo cap. precep. vers. 12.

ET CONTRA אֶדֶם VERGENIUM AD AQUILONEM. — id est contra gazophylacium, vel portum gazophylacia templo adherentia ex parte Aquilonis.

2. IN FACIE LONGITUDINIS, CENTUM CUBITOS OSTIUM AQUILONIS: ET LATITUDINIS QUINQUAGINTA CUBITOS. — q. d. Hec porticus habebat centum cubitos "longitudinis, et 50 latitudinis.

3. CONTRA VIGINTI CUBITOS ATRII INTERIORIS. — id est, castellum, vel quadrata portio, de qua sequitur hoc eodem verso, ex qua aditus patet et in ambulacrum, et in exedras predictis, resipictebatur altero latere plateam viginti cubitorum, que erat inter vestibulum et atrium sacerdotum, et quae totam undique domum cingebat. Alter haec

explicat Maldonatus et alii. Varii enim varias hanc sibi hujus fabricae ideas formant.

ET CONTRA PATIENTEM STRATUM LAPIDE ATRI EXTERIORIS. — id est, respictebatur ex altero latere porticus, que in atrio Aquiloni occidentali erat.

Nota: Pavimentum stratum lapide vocat porticos inferiores: he enim stratus erat lapide vivo, ut nec testis pulvere, nec luto liens sacerdotum vestigia polluerentur, alit S. Hieronymus. Quod mystica explicans subdit: « Unde et Dominus ascensus ad Patrem, Apostolorum lavat pedes, ut mundatis purgatisque vestigis, scandant regnum celorum; et imperialis Apostolis, ut in quemque ingressi fuerint civitatem, et non suscepint eos, excutiant pulvrem pedum suorum, quo sciunt nihil numerum terrenorum ab eis apud se remanere paucant. »

UPER ERAT PORTICUS JUNCTA PORTICU TRIPLEX. — Erat castellum, vel porticus quadrata, quae erat in medio porticum trium scilicet, Occidentalis, Aquilonaris et Meridianae.

4. VIX CUBITI UNUS, — spatio cubili unius. Ita Hebreus; sed Romana et alii legunt, ad interiora resipicteas viae cubili unius. Sensus est, q. d. Ambulatio media lata erat decem cubitis ad pariter, sed ultra utrunque adhuc habebat viam et spatium unius cubili, vel exstabat adhuc uno cubito. Ita Vilapandus.

5. UBI ERANT GAZOPHYLACIA IN SUPERIORIBUS NUMILOIBUS. — Exedra, sive cubicula superiora humiliora erant quam inferiora. Ab his enim sustineri debebant; sicut arbor, ait Vitruvius lib. V.

cap. I, quo altius crescit, eo fit gradus semper. Si tropologicus quanto quis sit excelsior, tanto debet fieri humilior, ut cum Paulo dicat: « Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, » I Cor. cap. xv, 9. Ita S. Hieronymus.

QUA SUPPORBANT PORTICUS, QUE EX ILLIS EMERENTABANT INFERIORIBUS, ET DE MEDIS EDIFICI, — id est, quia columnas meridianas, quas supportabant et fulcierant ipse porticus intime, eminebant ex ipsis, vel per ipsis porticum postibus, id est contractores surgebant, quam postes inferiores, et supremas columnas adhuc exiliores attolbantur quam meridianae: quales videre est in Collegio Romano Scientiarum Jesu a Gregorio XIII dedicato, in quo mira est peristylorum superiorum cum inferioribus symmetria. Ita Vilapandus. Inferiorum enim erant quasi fundamenta superiores: et solent fundamenta latiora esse; que vero in superedificante, sursum arcant.

6. TESTIGEA ENIM ERANT, — id est tria quasi fabulata erant per triplicem columnarum ordinem: sive tres erant configurationes, trabationes et cloluminationes ex triplici columnarum serie, una altera superposita, subordinata et substructa.

ET NON HABEBANT COLEMAS, — scilicet superiora oculacula.

PROPTERA EMINEBANT. — Hebreus: *Propterea dominum est supremus*, praे inferioribus et mediis a terra, q. d. Necesse fuit cubicula superiora esse humiliora invenientia, quia columnae eorum, vel pilae erant contractores, quam inferiores columnæ; et ideo sicut defractum est aliquid superioribus de crassitate columnarum inferiorum, sic neceps fuit detrahit aliquid de altitudine in secundo ordine, et tertio. Ita ergo videntur hi tres ordines columnarum dispositi, ut licet ordines columnarum nulla haberent gazophylaciam, sed fuerit totus in postes et columnas tributus, ac per fablia undeque: tamen ordines superiores, nempe medianus et supremus, suas habuerint frontes columnacionibus instructas, cum summa symmetria et pulchritudine, et cum ea proportione quam Vitruvius, lib. V, cap. I, exigit, ut columnæ superiores quartæ parte minores, quam inferiores constituantur. » Porro videntur fusso hi « tres ordines lapidum politorum, » de quibus III Reg. vi, 36, sive, ut Chaldeanus vertit, « tres ordines lapidis boni, » id est, pretiosi, puta ex marmore Pario candidissimo, serrato, polissimo et *versissimo*, inquit Pinella, lib. V De Rebus Salinis, cap. V.

CUBITUS QUINQUAGINTA. — Hoc non est in Hebreo nisi in Septuaginta, sed additum a Nostro paraphrasante.

7. ET PERIBOLUS EXTERIOR. — « Peribolus » vocatur murus, vel septum, q. d. Murus orientalis hujus edificii longus erat 30 cubitis, sicut et ipsa gazophylacia longa erant 30 cubitis, licet negetur Maldonatus.

8. ET LONGITUDO ANTE FACIEM TEMPLI. — Trans ab exedris aquilonaribus ad meridianas. Metitur ergo latitudinem atrii interioris ab edificio aquilonarum usque ad australe oppositum, centum cubitis.

9. GAZOPHYLACIA HEC — australia.

10. IN LATITUDE PERIBOLI ATRII, QUOD ERAT CONTRA VIAM ORIENTALEM IN FACIEM EDIFICII SEPARAT, ET ERANT ANTE EDIFICIUM GAZOPHYLACIA. — Loquitur de peribolo, seu muro trium cultorum, usq; assertor Josephus, qui atrium sacerdotum cingebat, et distinguebat ab atrio laicorum. Loquitur autem de muro australi, q. d. Latitudo hujus porticus, et muri meridiani ambientis atrium sacerdotum, cuius adytum et portum dixi spectare Orientem, procedebat versus Occidentem coram latere edificii separati, id est templi, dextra; et ante illud latus edifici sive templi meridianum, erant gazophylacia, sicut a latere aquilonarum.

11. ET VIA ANTE FACIEM FORUM JUNTA SIMILITUDINEM GAZOPHYLACIORUM, QUE ERANT IN VIA AQUILONIS, — q. d. Media ambulatio, et exedra laterales meridianas eadem ratione erant construete, eadem mensura, qua aquilonares, quas supra descripsi.

SECUNDUM LONGITUDINEM EORUM, SIC ET LATITUDINE FORI. — Non quod latitudo pars esset longitudini, sed, q. d. Longitudo hujus edificii meridiani par fuit longitudini alteris aquilonaribus; et latitudo hujus pars fuit latitudini illius. Est hebreus minus.

OMNIS INTROITUS. — Septuaginta vertunt, *exodus*. Nota: Introitus, et exitus hebrei id est quod forma, ordinatio, dispositio, mensura.

ET SIMILITUDINES EORUM, — scilicet gazophylacia eorum, que primum mensus fuerat in aquilone. Deinde nocte huc cum versu seq., q. d. Sicut similitudines eorum, et sicut ostia eorum, sic erant ostia gazophylaciorum, que erant in via respiciente ad notum, id est austrum, hoc est, australia similia erant aquilonaribus.

12. QUE VIA ERAT ANTE VESTIBULUM SEPARATUM PER VIAM ORIENTALEM INGREDIENTIBUS. — Pro vestibulo hebreus est *תְּבַדֵּל geder*, id est peribulus, sive murus separans sacerdos a laicis, q. d. Edificium hoc australi ascensum habuit a fronte orientali, gradusque ejus duxit in ambulationem medium superiore, que procurebat Occidentem versus secundam longitudinem periboli eleganti, et separantis populum a clero.

13. ANTE EDIFICIUM SEPARATUM — Ita vocat templo, sive Sanctum, et Sanctum sanctorum, quia erat separatum ab atris: hebrei enim est *gizra*, uti jam sepius dixi.

14. APPROPINQUANT AD DOMINUM IN SANCTA SANCTORUM, — id est in atrium, et templum sanctissimum; quia scilicet intrant Sanctum, et sic appropiant Sanctum sanctorum.

15. IBI PONENT SANCTA SANCTORUM, — id est carnes sanctissimas Deo immolatas, scilicet partes illas,

que sacerdotibus Deo consecratis, et sanctificatis ex lege a Deo deputatis sunt.

CUM AUTEM INGRESSI FUERINT. — q. d. Sacerdotes in Sancto sanctorum, id est suo atrio sanctissimo, scilicet in suis gazophylacis comedent carnes Deo oblatas, siue consummabunt sacrificium, tuncque eodem loco vestes sacras depontent, assumantque suas communes, quibus ad populum egreditur in atrium Israel exterius.

Nota: quare solus Deus sacerdotes a populo loco et religiose vocari et coli!

16. MENSIS EST ALITER CONTRA VENTUM ORIENTALEM. — Motilur arium extimus atri Israel quatuor, per quatuor latera, incipiendo a quolibet latere, aspergili quodlibet latere, dubuisse in longitudine quingentos calamos. Ita S. Hieronymus, Lyranus, Maldonatus et alii; Contrarium sentit Vila pandus, ac hoc Angelum hic metiri non singula lata seorsim, sed omnia, sive totum circuitum simul, idque quater; quia a quolibet latere vice sim in eam dimetri. Censem ergo ipse totum muri circuitum fosse tantum quingentorum calamorum. Favel versus ultimus, ubi totus concludi videtur quingentis calamis. Porro calamos hosce ipse per partes subduxit pag. 380. Verum aliud exigui ipso planus textus littere, que singula latera per partes ordine dimititur. Et quorundam, quae, idem quater dimittuntur? Ita passim interpretantes.

Porro mura hie dividebant Sanctum a profano, ut dictur versus ultimo. Faciebat enim peribulum circa templum, qui et ipse sacer erat, sicut nunc cemeteria, que templo adhaerentes, ait Maldonatus. CALAMUS MENSURA. — id est maximo calamo, qui sex cubitos habebat, cum vulgariter non haberet nisi cubitos quinque: erat ergo hic calamus sacer.

QUINGENTOS CALAMOS. — id est ter milie cubitos habebant quodlibet latere quadratum; totus ergo murus, sive totum quadratum habebat in circuitu bisimile calamos, id est duodecim millia cubitorum. Ita Maldonatus.

Quocirca videtur hic alias murus (magis extrinsecus) a muro, qui eingebat atrium Israels in templo Salomonis, describi. Illius enim atrium erat 500 cubitorum tantum: hic vero peribulus dictur fuisse 400 calamorum, idque a quolibet latere. Quare inter sacer (de quo hic agitur) colliguntur sex cubitos. Id ipsum liquere videtur ea capite: sequenti, vers. 12, ubi totum templum et fabricae hujus ambitus concludens, ait: « ista est lex dominus summate montis: omnis finis eius in circuitu sanctum sanctorum est; » pro quo ex Hebreo vertunt Septuaginta: Ita est descriptio domus in virtute sanctis, et omnes termini eius incircuata Sancta sanctorum. Clariss vero Vatablus: Lex dominus huius haec est, totus terminus ipsius est in monte certe, et circumposita quoquoversus sacra Sancta. Ergo peribulus hic extimus non tantum verticem montis, sed et circumposita per quatuor mundi plegas ambebat.

Simili modo, cap. XLV, 3, longe majorem dat peribulum et ambitum templo. Habet enim viginti quinque millibus calamorum circumserbit locum accerdotum; et in eo adificari templum. Ait enim: « Et a mensura ista mensurabis longitudinem vi- ginti quinque millium, et latitudinem decem milium, et in ipso erit templum Sanctumque sanctorum. »

20. PER QUATUOR VENTOS, ETC., LONGITUDINEM QUINGENTORUM CUBITORUM. — Nota: hic in Hebreo non est cubitorum, sed ex praecedentibus subintelligi et repeti debet calamorum. S. Hieronymus, Lyranus, Maldonatus et alii; unde textus Bibliorum in Glossa ordinaria, et in aliis nonnullis codicibus, omittit ab cubitorum, et legit tantum quingentorum, supple, calamorum, qui precesserunt. Ergo cubitorum omittendum videtur, vel corrigendum calamorum. Est enim hoc versus repetitio et quasi generalis complexio quatuor praecedentium dimensionum, quatuor vers. praecedentibus comprehensarum.

Aliter Vila pandus qui hic se torquet, uten non capiam. Vult enim tueri vulgo triam lectionem cubitorum, quam habent et Septuaginta, et proinceps vers. 43, usque ad 49, putat describi murum unum 500 calamorum, hoc vero versus ultimo alium 500 cubitorum, quod intuenti textum parum probable videtur. Sie et Pineda, lib. V de Rebus Salom. cap. v, putat hic mensurari atrium extimum Centum, non intimum Israel.

Sed audiamus S. Hieronymum, ingenue et canide sic profidentem: « Illud autem, inquit, quod per simplicitatem interpretationis (dum parum attendimus celeritate dictandi) et Septuaginta habet et nostra translatio: Murum eius undique per circuitum longitudine quingentorum cubitorum, et latitudine quingentorum cubitorum, Hebreus sermo non continet; sed simpliciter, longitudinem quingentorum, et latitudinem quingentorum, ut subaudiatur calamorum: sicuti quarto supra dictum est, ad orientalem ventum, et ad aquilonem, et ad austrum, et ad mare quingentis calamis murum partim singularum, sive ex eo tenebat calamus fuisse dimensum. » Quid clarius? Mystice deinde S. Hieronymus, numerum quingentorum referat ad remissionem omnium peccatorum, puta ad Pentecosten.

Symbolice ergo, quingentos numerus significat quietis perfectionem, quia fit ex quinquagenario decies multiplicatio. Quinquagenario autem regium, denario perfectionem significat. Audi S. Gregorium, lib. I Moralium cap. xv, ad illud Job a, fuerunt Job « quingenta juga boum, et quingenta asinae: » In quinquagenario, inquit, numero, qui septem hebdomadibus ac monade addita impletur, requies designatur, denario autem summa perfectione. Quia ergo fidelibus perfectio quietis promittitur, quasi quinquagenario doceas ducto, ad quingentosum pervenientur.

Porro quod quingentosum remissionis et fo-

dulgentie tenet sacramentum, non solum vetus Scriptura docet, sed etiam Christus qui, Luc. vii, dum remissionis et indulgentiae parabolam edidit, debitos introducit, unum scilicet, aterum 500 denariorum.

INTER SANCTARIUM ET VULGI LOCUM. — Id est inter atrium Israel, quod sanctum erat, upore populi templum, et locum vulgi, » id est Gentilium, quod profanum erat, vel, ut Maldonatus, « locum vulgi, » id est urbem, ut scilicet murus

Ait dividet locum sanctum a gentilibus, et ab urbe. Declarat usum muri, quod scilicet ad nos circumfera templum cingebat, ut locum sanctum a profano distinguere et separaret. Nam quidquid intra murum illum erat, sanctum erat: unde et templum subinde vocatur, ut cum Christus vendentes et ementes e templo ejuscecidit, Joan. vi, 45: non enim erat ipse in templo, id est in Sancto, sed in hoc exteriori peribolo, puta atrio, non sacerdotum, sed laicorum. Ita Maldonatus.

EXPOSITIO MYSTICA

TOTIUS FABRICÆ EZECHIELIS EX LYRANO.

Lyranus, in fine Comment. in Ezechiel, notat S. Gregorium in expositione mystica huius templi, quam reconsulit cap. XI, per varia et diversa accipere idem. Nam et per montem super quem ductus est Propheta, accipit Christum, et per virum mensurans adificium, item per portam, et alia plura accipit euudem Christum. Convenientius enim, inquit Lyranus, exponer visio, si per diversas partes et similitudines accipiuntur diversa. Quare ipse diversa diversi signillati applicans, totam hanc fabricam a cap. XI hucusque descripsum ita explicat: « In Ecclesia, ait, quae est congregatio fidelium, duplex est regnum. Unum quantum ad spiritualia, et hoc designatur per adificium templi; aliud autem quantum ad temporalia, et hoc designatur per divisionem terrae et adificium civitatis circa finem libri; utrumque tamen auctorum est a Deo. Ideo dico cum B. Gregorio, quantum ad hoc, quod per montem in quo Propheta dicitur densus vel positus supra, cap. XI, intelligitur Christus, de quo scribitur Dan. II: Lapis, qui percusserat statuam, factus est mons magnum, et implevit universam terram: quod exponitur de Christo a doctoribus hebraicis et latinis. Super istum autem montem fundatur Ecclesia, sicut ipse dicit Matth. XVI: Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, id est super me, et hoc quantum ad duplex regnum Ecclesie predictum. Et si pater ex praecedentibus, primo agendum est de edificio spirituali, quia primo describatur in praecedentibus ipsum templum: circa cuius adificium describatur triplex murus, scilicet exterior, medias et interior. Per exteriorem vero qui circumdat emplu adificia, intelligitur protectio seu custodia divina omnia complectens; de quo muro dicitur, Isa. XXVI: Urbs fortitudinis nostra Sion, Salvador ponetur in ea murus, etc. Per murum vero medium intelligitur custodia seu protectio angelica, quae includitur sub divina, unde dicitur, Psalm. CXXIV: Mures in circuitu eius, id est Angeli, ut dicit Glossa

Augustiniana, qui sunt in circuitu Ecclesie per modum muri. Per murum autem interiorem, qui est minoris ambitus, intelligitur protectio seu custodia humana per prelatos Ecclesie et corum ministros, quae minoris efficacia est quam Angelica. De hoc autem muro contra malos prelatos dicitur supra XII: Non opposisitis vos murum pro domo domini. Intra muros istos est ingressus ex tribus partibus, per quas intelliguntur tres partes terre habitabilis, Asia, Africa et Europa, e quibus ingressi sunt Ecclesiam multi per susceptionem Fidei et Sacramentorum, et ingrediuntur de presenti, et ingredientur de futuro. De istis vero tribus terra partibus dicitur Jerem. XXII: Terra, terra, terra, audi sermonem Domini. De quibus tribus terra partibus plures audierunt sermonem Apostolorum, aliorumque Christi discipulorum cum effectu credendi. Ex qualibet autem parte trium partium dictarum sunt tres portae in tribus muriis ex opposito se respicientes: per quas significantur tres gradus vel status venientium ad fidem, scilicet incipientium, qui designantur per portam exteriorem sive primam; proficiens, qui significantur per medianam vel secundam; perfectorum, qui designantur per tertiam vel interiorem. De portis istis dicitur Psalm. LXXXVI: Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob. Per tabernacula Jacob intelligitur status vel gradus fidelium tempore legis Mosaicæ, per portas Sion status vel gradus fidelium tempore legis Evangelie, que dicitur lex amoris, lex autem veteris lex timoris: proper quod porte Sion bene dicuntur exteriore. In portis autem exterioribus non sunt adificia magna, sed quedam domuncule super eas adificata, ut supra dictum est: per quod designatur quod status incipientium est adhuc notabiliter imperfectus. In portis autem mediis et in interioribus sunt adificia pulchra, ad designandum quod proficiens et perfecti habent maiorem perfectionem; perfecti jam actu, proficiens in potentia actu propinquus, ad quod de-

signandum ad portas medias est ascensus per septem gradus tantum, ad interiores vero seu tertias est ascensus per octo gradus. Habet autem quemlibet sex portarum vestibulum, porticum, duas frontes, et sex thalamos. Per vestibulum praecedens porticum intelligitur gratia præveniens, de qua dicitur *Psalm. lvi*: Misericordia ejus præveniet me. Misericordia namque Dei et ejus gratia sunt idem. Per porticum vero gratia subsequens de qua dicitur *Psalm. xxii*: Misericordia ejus subsequetur me. Vel aliter potest dici, quod per vestibulum et porticum designantur voluntas bona et operatio sancta, de quibus dicit Augustinus super *Joan.* Praecedet vele, subsequetur perficere. Per duas frontes, que sunt ad decorum et fortitudinem portarum (propter quod facta sunt ad modum duarum turellarum ex ultra parte eujustilibet portæ), designatur patientia in adversis, que stabilit hominem ne per impatiendum frangatur; et modestia in prosperis, que tenet hominem ne per superbiam elevetur. De ipsis duabus turrellis dicitur *Psalm. cxxi*: Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis; nam per patientiam in adversis, et per modestiam in prosperis acquiritur et conservatur abundantia omnium divinorum beneficiorum in nobis. Per thalamos autem, in quibus homines dormiunt et quiescent, intelligitur pax. Unde *Psalm. iv*: In pace in ipsis dormiam et requiescam. Est autem duplex pax, scilicet interna et fraterna; ideo dicuntur thalami esse hinc et inde ex ultra parte portæ, et tres ex una parte, quia pacem internum tria faciunt. *Primum* est conscientia mundana, *Ecccl. xliv*: Homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in dominis suis, id est in conscientiis propriis. *Secundum* est amicitia divina. Augustinus, lib. *Conf.*: Inquietum est, Domine, cor meum, deus requiescat in te. Et *Psalm. cxviii*: Pax multa diligenteribus legem tuam, que est lex divini amoris. *Tertium* est sufficientia modesta, per quam aliquis est contentus his que habet, et sic in se pacificatus; de quo potest exponi quod dicitur *Math. v*: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Tales enim filii Dei quodammodo Deo assimilantur, qui non indiget aliquo extra se, sed est sibi sufficientissimi. Similiter ex altera parte portæ sunt tres thalami, quia tria faciunt pacem fraternalm. *Primum* est humilitas vera, que in tantum pacifica est, quod facit pacifice habiare cum suo contrario: et hoc est speciale in hac virtute; nam castus non habitat pacifice cum luxurioso, nec justus cum iniquo: sed humiliabit pacifice cum superbo, quia siue superbus vult dominari, ita vero humiliabit, et sic uterque habet quod querit et per consequens quiescit. Ideo dicitur *Psalm. cix*: Cum hi qui oderunt pacem, eram pacificus, id est cum superbus, de quibus dicitur *Prov. xiii*: Inter superbos semper iurgia sunt. *Secondum* est equitas justa, sine qua nulla societas potest esse pacifica, sicut patet de societate latronum, qui sunt adversarii justitiae: nisi enim inter se divididerent spolia, statim inter eos oriretur discordia; ideo dicitur *Isaiæ xxxii*: Erit opus justitiae pax. *Tertium* est taciturnitas debita, que loquetur non clausum, ne prouumpat in verba discordia sermonaria. Unde per oppositum dicitur *Exod. xxviii*: Susurro et bilinguis maladictus, nichil enim turbabit pacem habentes. De quolibet autem dictorum thalamorum potest fieri quod servabit *Deut. xxxiii*: Amonitissimus Domini habilitate confidenter in eo, quas in thalamo morabitur tota die: qui enim Deum vere diligit, in die is thalamis jugiter commoratur. Post expositionem portarum procedendum est ad expositionem gazophylaciorum, que supra describuntur esse circa pavimentum orientale, et dicuntur esse 30, per quas designatur impletio decem praecceptorum temporibus tribus necessaria, scilicet tempore legis naturae, et tempore legis Mosaicæ, et tempore legis Evangelie. Donarius autem numerus multiplicatus per ternarium, consurgit in tricessimum. Et bene dicuntur gazophylacia a *gaza* et *phylace*, quod est *servare*: nam per impletione decem praecceptorum conservantur divitiae virtutum. Post expositionem gazophylaciorum sequitur expositione mensurarum, que supra dicta sunt octo: per quas designantur quatuor partes Veteris Testamenti, et quatuor Novi, de quibus tanquam de mensis spiritualibus reficiunt totus populus christianus, secundum quod dicitur *Deut. vii*: Non solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei. Quod autem Vetus Testamentum in quatuor partes dividatur, dixi plenius in principio Genesios. Dividitur enim in libros legales, historiales, prophetales et sapientiales. Et similiter dividitur Novum Testamentum. Nam libbris legalibus correspondent Evangelia, historialis Actus Apostolorum, sapientiales Epistole Pauli et Epistole canonice, prophetalia autem Apocalypsis. De quilibet autem dictarum mensuram potest dici quod scribitur *Prov. ix*: Sapientia edificavit sibi domum, excoit columnas septem, immolavit victimas suas, misuit vinum, et propositus mensam suam. Scriptura namque sacra est meusa sapientie. Post expositionem mensurarum sequitur expositiu atrii interioris, in quo secundum Hebreos quatuor ponuntur, scilicet altare holocaustorum, gazophylacia sacerdotum hebdomadariorum, et gazophylacia cantorum similliter hebdomadariorum, et transitus aquarum a latere altaris. Et quoniam significatio Ecclesie spiritualis non solum consistit in moribus et refectione de mensa S. Scriptura, sed etiam in sacramentis; ideo per altare holocaustorum intelligitur Eucharisticum Sacramentum, in quo quotidie immolatur Agnus qui tollit peccata, unde dicit Augustinus in lib. *Sententiarum Prosperi*: Semel immolatus est Christus in semetipso, et tamen quotidie immolatur in Sacramento, in quantum

per hoc Sacramentum efficaciter quotidie participes fructus Dominice passionis. Unde et in quadam Dominicali oratione secreta dicitur: Quoties hujus hostie commemoratione celebratur, opus nostra redemptiois exercetur. De hoc autem altari dicitur *Hebr. xiii*: Habemus altare, de quo edere non habent potestatem hi qui tabernaculo servint, id es ceremonias legis veteris observantes. Et quoniam Eucharistia Sacramentum cum divinis laudibus est confidendum, ideo prope altare, scilicet in atrio interiori, ponunt gazophylacia sacerdotum hebdomadariorum, et similiter cantorum *v. 30* que designantur merita celebantur, et eis ministrantur. Per aquas vero egredientes de templo et transverses ad latas altaris significatur Sacramentum baptismi, de quo dicitur *Joel. iii*: Fons egredierit de domo Domini, et irrigabit torrentem spinarum. Bicunctor autem aquæ iste egredientes de templo: per quod tempus significantur duo principales nostre fidelis articuli, scilicet articulus sancta Trinitatis, et articulus incarnationis, ut postea plenus dicatur: quia baptismus secundum communem Ecclesiam formam conferunt in nomine SS. Trinitatis, secundum quod dicitur *Math. cap. ult.*: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Et quia in primitia Ecclesia fuit collatus in nomine Christi, ut habetur in Actibus Apostolorum in pluribus locis, quod est nomen suppositi, in quo uniuersa natura divina et humana. De duobus autem istis Sacramentis loquuntur scriptori Ezechiel prophetæ, quia sunt speciali modo Sacraenta novæ legis, in quantum Christus per se ea instituit, et eis usus fuit in seipso, et hoc patet de Sacramento baptismi in quatuor Evangeliis, quantum ad utrumque, scilicet institutionem et usum; et similiter de Sacramento Eucharistie, quantum ad ejus institutionem. Quantum autem ad ejus usum non habetur in Evangeliis expressæ, sed de tenet communis Ecclesie quæ dicitur *Act. 1*: Crepit Jesus facere et docere, et ideo sicut prius baptizari voluit, et postea baptismum aliis imposuit; sic in cena primo corpus suum et sanguinem sumpsit, et postea discipulis sumendum tradidit. Unum dicit Hieronymus ad *Lustiam*: Dominus Jesus ipse convivit et coniuvit, ipse comedens et qui comedunt: unde versus :

Rex sedet in cena turba cinctus duodenæ,
Se tenet in manibus, se cibis ipse cibus.

Per haec autem duo Sacraenta quæ principalia sunt, alia intelliguntur. Post expositionem atrii interioris, procedendum est ad expositionem templi. Et quoniam significatio Ecclesie spiritualis non solum consistit in moribus et refectione de mensa S. Scriptura, sed etiam in fiducia articulis: ideo per templum significantur sequentia, quod dividitur in tres partes, scilicet porticum, Sanctum, et Sanctum sanctorum. Per

porticum autem est ingressus ad alias partes, et ideo per ipsam intelligitur articulus unitatis divinae essentiae, et articulus sui providentiae quantum ad premiationem boni et punitionem malitiae. Fides enim istorum articulorum semper fuit necessaria ad salutem, et est prima ad aliorum creditum; unde dicitur *Hebr. xi*: Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, et inquit non se remuneratur sit. Per Sanctum sanctorum intelligitur articulus sancte Trinitatis secundum tres mansiones, una super altam ibidem existentes. Licet enim non sit in superioribus ne inferioribus proprie, tamen Filius est a Patre et Spiritus Sanctus ab utroque: et secundum hoc dicit Hilarius, quod auctoritas est in Patre, et subauctoritas in Filio. Per partem templi quod dicitur Sanctum, intelligitur articulus incarnationis benedictæ, per quam et nature in supposito Filii sunt unites, scilicet natura divina, anima rationalis, et caro Christi purissima: quae significatur per tres mansiones una super altam existentes. Divina namque natura superior est ad animam, et anima ad carnem. De ipsis vero duabus templi partibus potest accipi quod dicitur *Apocal. xi*: Et templum non vidi in ea, scilicet materiae; quia secundum illum ultimum exponderi modum, per visionem Ezechieli non intelligitur aliqua edificatio materialis, sed tantum spiritualis; ideo sequitur ibidem: Dominus enim Deus omnipotens, trinus in personis, templum ejus est quantum ad Sanctum sanctorum; et Agnus, id est, Filius incarnatus, quantum ad illam templum, parte quod dicitur Sanctum: »Ila Lyranus: Alter haec cum Ribera explicat *Ezod. xxvi*, initio, scilicet atrium significare pontientes, unde in eo erat labrum pontientes et altare holocaustorum in quo maculantur victimæ, id est mortificantur sensus et cupiditates: Sanctum significare iustos: Sanctum sanctorum beatos, etc.; idque videtur aplius. Pergit Lyranus:

* Per pilarios autem templi significantur miracula confirmatoria fidei Christi: unde dicitur *Marci cap. ult.*: Illi autem profecti predicatoraverunt ubique, Domino cooperante et sermonem confirmingante sequentibus signis. Per coelulas vero quibus ascendunt sursum, possunt intelligi notitia creaturarum, quibus ascendimus in cognitionem divinorum, secundum quod dicitur *Rom. cap. 1*: Invisibilis ipsis (id est Dei), a creature mundi, (id est ab homine), per ea quæ facta sunt intellecta, conspicuntur, sempiterna quoque virtus ejus et divinitas. Per appendicia vero circa templum existentia, intelliguntur omnia alia ad fidem pertinentia, ex quod ad predictos articulos annexantur. Et quoniam fides informis mortua est, nisi fuerit charitate formata; ideo ex una parte proponit astus caloris, ideo edificium australis significat fervorem dilectionis. Ex altera vero parte significat aquilonare, ex qua parte venit horro-

*frons; propter quod adficium aquilonare significat dominum timoris filialis: timor enim causatus est infirmitationis et tremoris, ut patet ad sensum. Dictum est autem supra quod in his duabus adficiis est habitatio sacerdotum, quia sacerdotes esse debent in continuo timore, ne Deum offendant, et in fervore dilectionis, ut ei devote deserviant. De isto adficiis aquilonari et australi potest accipi id quod scribitur *Cant. iv*: Surge, aquilo, et veni, auster, perfla hortum meum, et fluenz aroma illius. Per spiritum enim timoris et dilectionis flument aroma charismatum in horio *Ecclesie* militantis. Per quatuor autem atria possunt intelligi quatuor virtutes cardinales, de quibus atris dicitur *Psalm. lxxxviii*: Melior est dies una in atris tuis super millia. Nam commorari in exercitu Scripturae cardinalium est optimum. Per culnas vero seu coquinas possunt intelligi doctores sacrae Scripturae de-*

*voti, qui suis meditationibus decouunt cibum sacrae Scripture ut alii possint inde refici, secundum illui *Psalm. xxxvii*: Concalvit cor meum contra me, et in meditatione mea exardescet ignis. Iste vero coquines sunt in atrio siuate, quia doctores sacri eloqui debent prius in quatuor virtutibus cardinalibus esse veritati. Dicitur enim *I Ethic.*, quod moralis philosophie non est conveniens auditor ille qui est securus passionum, et multo minus est conveniens eandem theologie; et adhuc multo minus conveniens eius doctori, propter quod in sacra Scripturae doctoribus praexigitur exercitium in virtutibus moralibus: unde dicit Philosophus *VII Physic.*, quod sedendo fit anima sciens et prudens; quia sedendo turbations passionum, et quiescendo ab impulsione parum, quod fit per virtutum moralium exercitium, acquiritur sanctarum notitia Scripturarum. »*

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Gloria Domini, qua cap. ix, 3 et cap. x, 4 et 18, visa est et templo egredi, cum illud a Chaldeis evertenda erat; nunc cum illud a Zorobabele redificandum est, illic reveritur, iubetque Dominus Ezechieli, ut ideam templi, ejusque ritus et praecpta Iudeis ostendat, ut ipsi eam custodiant: quod si fecerint, promittit se in eo cum ipsis jugiter habitaturum. Inde, vers. 10, describit altare holocaustorum, et vers. 18, ritum sacrificandi.

1. Et duxit me ad portam, qua respiciebat ad viam Orientalem. 2. Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem: et vox erat ei quasi vox aquarum multarum, et terra splendebat a majestate ejus. 3. Et vidi visionem, secundum speciem, quam videram, quando venit ut disperderet civitatem: et species secundum aspectum, quem videram juxta fluvium Chobar: et cecidi super faciem meam. 4. Et majestas Domini ingressa est templum per viam portarum, qua respiciebat ad Orientem. 5. Et elevavit me spiritus, et introduxit me in atrium interius: et ecce repleta erat gloria Domini domus. 6. Et audiui loquentem ad me de domo, et vir qui stabat juxta me, 7. dixit ad me: Fili hominis, locus soli mei, et locus vestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israel in aeternum: et non polluent ultra domus Israel nomen sanctum meum, ipsi et reges eorum in fornicationibus suis, et in ruinis regum suorum, et in excelsis. 8. Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meum, et postes suos iuxta pastes meos: et murus erat inter me et eos: et polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus quas fecerunt: propter quod consumpsisti eos in ira mea. 9. Nunc ergo repellant precul fornicationem suam, et ruinas regum suorum a me: et habitato in medio eorum semper. 10. Tu autem, fili hominis, ostende domui Israel templum, et confundantur ab iniuritibus suis, et meflantur fabricam: 11. et erubescant ex omnibus suis fecerint: Figuram domus, et fabricae ejus exitus, et introitus, et omnem descriptionem ejus, et universa praecpta ejus, cunctumque ordinem ejus, et omnes leges ejus ostende eis, et scribe in oculis eorum: ut custodiant omnes descriptiones ejus, et praecpta illius, et faciant ea. 12. Ista est lex domus in summitate montis: Omnis finis ejus in circuitu, Sanctum sanctorum est: haec est ergo lex domus. 13. Ista autem mensura altaris in cubito verissimo,

qui habebat cubitum et palmum: in sinu ejus erat cubitus et cubitus in latitudine, et definitio ejus usque ad labium ejus, et in circuitu, palmus unus, haec quoque erat fossa alteris. 14. Et de sinu terra usque ad crepidinum novissimum duo cubiti, et latitudo cubiti unus: et a crepidine minore usque ad crepidinem maiorem quatuor cubiti, et latitudo cubiti unus. 15. Ipse autem Ariel quatuor cubitum: et ab Ariel usque ad sursum, cornua quatuor. 16. Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis: quadrangulatum aquis lateribus. 17. Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis ejus: et cornu in circuitu ejus dimidi cubiti, et sinus ejus unus cubiti per circuitum: gradus autem ejus versi ad Orientem. 18. Et dixit ad me: Fili hominis, haec dicit Dominus Deus: His sunt ritus altaris, in quacunque die fuerit fabricatus; ut offeratur super illud holocaustum, et effundatur sanguis. 19. Et dabis sacerdotibus, et Levitis, qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Dominus Deus, ut offerant mihi vitulum de armento pro peccato. 20. Et assumens de sanguine ejus, pones super quatuor cornua ejus, et super quatuor angulos crepidinis, et super coronam in circuitu: et mundabis illud, et expiabis. 21. Et tolles vitulum, qui oblatus fuerit pro peccato: et combures eum in separato loco domus extra sanctuarium. 22. Et in die secunda offeres hircum capraruim immaculatum pro peccato: et expiabit altare, sicut expiaverunt in vitro. 23. Cumque compleveris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, et arietem de grege immaculatum. 24. Et offeres eos in conspectu Domini: et mittent sacerdotes super eos sal, et offerent eos holocaustum Domino. 25. Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie: et vitulum de armento, et arietem de pecoribus immaculatis offerent. 26. Septem diebus expiabunt altare, et mundabunt illud: et implebunt manum ejus. 27. Expletis autem diebus, in die octava et ultra, facient sacerdotes super altare holocausta vestra, et que pro pace offerunt: et placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

4. Et dixit me ex peribolo exteriori, quod cap. Virginem; et terra, id est caro ipsius, splendebat recedenti coram me dimensus es ad portam — templi, id est atrii exterioris (nam vers. 5, ex — templi, id est atrii exterioris (nam vers. 5, ex eo ducit Prophetam in atrium interius), quae prior occurrebat spectante ad Orientem: quia ductor hic est Sol iustitiae, cuius nomen est Oriens, Zach. iii, 8; et quia per portam Orientalem recta ibatur in Sanctum sanctorum, ubi sedes et thronus ejus erant, ita Maldonatus.

2. GLORIA DEI, — scilicet currus Cherubim gloriam Dei representans, quam describit cap. 1, 8 et cap. x, vocativum gloriam Dei.

ET VOX ERAT ET QUASI VOX AQUARUM MULTARUM, —
• *Ei, non Deo, sed gloria Dei, puta Cherubinis, q. d. Cherubim, cum currum hunc Dei gloriosum, ipsumque Deum in eo residuum deferrent, alarum concusione sonum edebant similem sono aquarum inundantium, qua, dum inter se et ad littora ae saxa alliduntur, fremere, immo rugire videntur. Simile est Apoc. 1, 13.*

ET TERRA SPLENDEBAT A MAJESTATE EIUS. — Majestatem vocat lucem et splendorem currus Cherubini, sive gloria Dei...

*Mystice S. Thomae, ill. part. Quæst. XXVII, art. 3 in corpore, docet B. Virginem peccatarier fuisse sanctificata in tempore, quo concepit in utero Filium Dei: Et hoc, inquit, significatur *Ezech. xlvi, ubi dicitur: Ecce gloria Dei Israel incredibiliter per viam Orientalem, id est per Beatam**